4288. ~~XXIV. a. 1.~~ 21. a. 4.
C. ~~A.~~ l. (III) 4. n. 8 B.
21-2-16

Tertia pars opez Johannis de Gerſon doctoris chriſtianiſſimi.

Anno 1488.

Tabula Generalis

Tertia pars continens tractatus ad mysticā vitam seu contemplationi accōmodatos.

Tituli eiusdem

Ecōsolatiōe theologie 54 A
Dyalogus apologeticus. 56 Q
Carmia nōnlla 56 T
Iosephina 57 D
Sermo in natiuitate beate Marie virginis 59 M
Carmen de differenti īmunitate a peccato Christi et matris sue. 60 E
Centilogiū de cōceptibus. 60 F
De vita spūali aie siue sex lctōes 60 S
Centilogium de impulsibus 63 U
De mystica theologia speculatiua 64 K
De mystica theologia practica 65 U
De elucidatione scholastica mystice theologie. 66 T
Carmina de purificatione sensuum interiorum. 66 Q
De religiōis pfectōe et moderamīe 67 A
De consilijs euangelicis et statu perfectionis. 67 A
De pfectione cordis. 67 Z
De meditatione. 68 L
De simplificatione stabilitione seu mundificatione cordis. 68 Q
Carmē de simplificatōe cordis. 68 Q
De directione cordis. 69 A
De illuminatōne cordis siue vna preciosa margarita. 69 M
De oculo. 69 Q
De remedijs ptra pusillanimitatē 69 X
De tētationib9 diaboli diuerſ 70 B
Contra pfessum inobedientē. 71 A
De zelo et feruore nouiciatus 71 E
De exercitijs discretj deuotoꝝ simpliciū (71 F
Documentū notabile de sacra mento altaris. 71 T
Epistole quedam. 71 7
De passionib9 anime 72 S
Carmē de somnio hui9 vite 73 P
De monte cōtemplationis. 73 Q
Epistole quedam 75 D
De mendicitate spirituali. 75 L
Appellatio cuiusdā peccatoris a diuina iusticia ad misericordiam. 77 U
De oratōne et suo valore. 77 X
Decem considerationes in orando deum (78 D
Expositio super Dimitte nobis debita nostra. 78 J
Oratio cū peccator de peccatis suis multum est anxius. 78 K
De canticoꝝ originali rōne 78 M
De canticordo. 79 F
Centilogiū de cāticis et solatio 80 P
Collectoriū sup magnificat 81 A
Carmina sup magnificat. 95 A
Centilogiū de meditatōe cruc 96 p9 7
Carminum suorum honesta defensio. vidit liuor. 96 Q
Anagogicū de hymno glorie 97 A
Epithalamiū mysticum theologi et theologie. 97 Q
Sup cantica canticoꝝ 97 K
Epitaphiū Johānis de gerson.
Epistola fratris Johannis de gerson ordinis celestinorū sup opusculis magistri Johannis de gerson germani sui cancellarij parisien.

Annectunt denicꝫ hinc operi: tractatus aliquot: qui licꝫ sint alioꝝ/opibus tamē Joh. de gerson: nō parū cōueniunt. quorum tituli sunt hi.
Tractat9 magistri petri de Eliaco de potestate ecclesiastica:
Tractatus de vitijs ministrorū ecclesie.
Nycolai de clymenges.
Tractatus magistri Henrici de hassia de cōtractibus. decꝫ origine cessuū.
Tractatus magistri Hērici de boyta de redditibus.
Tractat9 mgr̄i wylhelmi orē de moneta
Doctrinalis expositio magistri Petri de Eliaco sup septem psal. penitētiales.
Deuota meditatio eiusdē super psal. In te domine speraui. rē.
Alia meditatio deuota eiusdem sup psalmo. Judica me deus et discerne. rē.
Deuota meditatō eiusdē sup Aue maria
Epistola quedā de instituto Marthe et cuiuslibet fidelis dispensatoris.
Epistola de cōmendatione solitudinis. ac de silentio. rē.

Finis tabule generalis huius operis quam preclari.

Tabula quattuor librorū

Summarium libri de consolatiōe theologie.

In prohemio notā tur quatuor cause theologice cōsolatiōis que sunt Spes Scriptura Patientia ⁊ Doctrina. ¶ In primo metro deflet miseria ciuilis dissensionis. ¶ In pria prosa pmi libri colloquūtur monicus id est solitarius. ⁊ volucer id est nūcius intimedius/ super statu peregrini seu viatoris/ ⁊ de eius consolatiōe p theologiā. ¶ In secūdo metro ponitur laus theologie in hoc q̄ est efficax consolari. ¶ In secūda prosa ponit primo q̄ theologia suam cōsolatōem inchoat vbi et vnde desinit philosophica cōsolatō/ scilz q̄ cuncta agim⁹ ante oculos iudicis cuncta cernētis. Amplius. q̄ triplex est iudiciū dei vnde consurgit i nobis spes ⁊ timor/ ⁊ quomodo se comitātur Amplius. q̄ cum sobrietate potest vtiliter recogitari ⁊ tradi consideratio iudicioꝝ dei in predestinatōne ⁊ reprobatōne sicut fecit apostolus. Et deinde qualit oritur inde cōsolatio intima et solis expertis cognita ¶ In tertio metro agitur de sentimento talis consolatiōis. ¶ In tertia prosa agitur primo in speciali si causa sit aliqua cur deus istū vel illuz predestinauerit. Deinde cū qua cautela talis ꝓsideratio in particulari debeat aut possit admitti. Demū quo pacto potest quietari spes in deo ¶ In quarto metro ponūtur exempla quomodo per tentatōnes non euellit spes. ¶ In quarta prosa traditur pmo in quo spes consistit ⁊ q̄ de nullo hic est desperādum. Amplius quo modo p summā desperatōem venitur ad spem. ⁊ quātum sit vtilis consideratio diuine predestinationis. Rursus agitur de corroboratōne spei exemplo sanctorū et quomō stat cum libertate. nec tamen plene potest hoc intelligi sine gratia dei que est vnctō docens de oīibus. In quito ⁊ vltimo metro ponit comparatio cuiusdā naute qui ex medijs tempestatibus exilit in locum turū et secretum.

De secūdo libro

In prima prosa secundi li (tabula bri fit sermo de statu peregrini inter serendo de varijs specieb⁹ false spei. ⁊ addendo q̄ ex cōsideratōne diuine bonitat⁹ omnia libere gubernātis. sumit secunda causa theologice cōsolationis. ¶ In primo metro reprobat opinio philosophorum q̄ deus agit de necessitate nature ficut sol lumen suū. ¶ In secūda prosa datur ratio cur diuina volūtas nō est dicenda agere ad extra de necessitate nate. Quomodo preterea pcedit aliter theologia q̄ philosophia Addit distinctio trimēbris de voluntate humana et de cōformitate eius ad diuinā. ¶ In secundo metro declarat qualit affectōes et industrie q̄ sparsim sunt in brutis aīmalib⁹/ collecte sunt in homine ⁊ in eius ratione cui subditur eius appetit⁹ ¶ In tertia prosa fit cōquestio super difficultate quā patitur liberū arbitriū in regendo corpus cōformit ad rectam rōem ⁊ de modo conformādi voluntatē humanā diuine exemplo christi. Tandem causa redditur de varietate iudicioꝝ hūanoꝝ ¶ In tertio metro datur ratō diuersificatōnis iudiciū rōnis per similitudinē luminis visi p nubes aut in speculū variatis ¶ In quarta prosa fit inuestigatio qualiter adiuuat libertas arbitrū Et infert q̄ nihil est casuale vel fortuitum in ordine ad primā causam. et iuxta quē sensum ipsa posset dici fortuna vel fatum. Addit qualiter ex his que deus inuenitur reuelasse ⁊ prescisse pulcerrime ⁊ salubres veritates eluceſcūt ¶ In quarto metro docemur sub exēplo quadrupli ci qualiter insequi debem⁹ dei voluntatē.

Tabula tertii libri

In prima prosa tertij libri post recapitulatōem inchoat sermo de cōsolatiōe theologie p patientiā describendo quid sit zelus. ¶ In primo metro docet p similitudinē ignis ⁊ fuliginis q̄tum periculosus est zelus si non gubernet ratione ¶ In secunda prosa deducit hoc idem p affectus humanos dando causam cur zelus turbat iudiciū velut in somnijs. Qualis preterea zelus esse debeat tam in habētibus auctoritatē regitiuam q̄ in carentib⁹ ea. Denicq̄ notantur plures cause turbatiue zeli in rectoribus ¶ In secūdo metro laudatur vita solitaria sibi vacās ¶ In tertia prosa fit sermo de illoꝝ zelo qui nō habēt regimen aliquod publicū/ docēdo sub qui

busdam regulis qualiter ꝛ vbi debeāt vti vel nō vti zelo suo ¶In tertio metro docemur ꝙ quilibet sit cōtētus vocatōe sua et fm illam bñ agat ꝛ ita proderit oīb⁹ nec se ledet. ¶In quarta prosa declarat quō solitarius potest oīibus proficere. Deinde subiūgitur sermo de patientia ꝙ in ea cōsolatio theologica reponatur.
In quarto metro ponit vtilitas patientie sub exemplo Job afflicti.

Tabula quarti li/

In quarto libro prosa prima loquitur de trepidatōne conscientie humane respectu iudiciorū dei. Et ꝙ nihilominus labores assumendi sunt pro republica et adiutorio aliorū fundādo se in doctrina sacra. ¶In primo metro datur ratō cur deus legem naturalē dedit in scriptis lapideis. deinc in euangelica lege repetiuit. ¶In secunda prosa ponit diffuse distinctō de triplici certitudine: addendo q̄liter intelligi debeat illud Gregorij. Bonarum mētium est culpam agnoscere vbi culpa non est. Et qualiter potest hoc sine mendacio fieri.
In secundo metro docemur qualiter vti debeam⁹ scrupulis orientibus ex preteritis culpis.
In tertia prosa fit iterum sermo super eadem re: docendo ꝙ serenatio conscientie p sentimenta deuota nō est signum efficax diuine gratie gratum facientis. Additur de modo se habendi respectu scrupulorū consurgentiū circa ea que sunt posterius agenda. et qualis certitudo sufficit ꝛ vnde colligitur.
In tertio metro loq̄tur ꝙ precepta legis nature sunt etiā precepta fidei ac legis euāgelice. conquerendo de erroribus contingentibus circa ea.
In quarta prosa loq̄tur incidēter de theologis ꝛ iuristis quales esse deberent ꝛ q̄les aliqui sunt. Concludendo ꝙ in morali negocio nō potest vniuersalis ars tradi/ que cōferre sufficiat certitudinē in particulari quolibet agibili/ quin cōsurgere possint scrupuli mentis inquietatiui.
In quarto metro docet quomō pax mentis possit aut debeat inueniri.
In quinta prosa ponitur sub psona theologie/ grandis oratō cōsolatoria super casibus humanis. noiatim illius qui tūc francia cōturbabat. Concludendo supremū consolatiōis theologie gradū/ in animi preparatōe ad martyrium.

Explicit tabula quatuor librorum de consolatione theologie.

Nota pro intelle/

ctu huius dyalogi. ꝙ volucer est intellectus discursiuus ꝛ ratiocinatiu⁹. Bonicus est intellectus meditatiuus ꝛ inquisitiuus. Peregrinus est homo cōtemplatiuus simul ꝛ actiu⁹ ¶Pro sensu vero litterali notandū/ ꝙ cū eximius doctor Joh. de gerson/ ex concilio cōstantien. recedēs francia ꝓpter minas ducis burgundie petere nō auderet Secessit in montana Bauarie Ibiq; in Rathemberg opido: anno dñi. Mcccc.xviij. conscripto hoc dialogo introducit volucrē nuncium a se peregrino: ad Johānē monachū fratrē suū/ qui prior celestinorū lugduni degebat/ profe rentē quēadmodū ꝙ theologiam pegrinationē suam consoleť. Et sicuti Boetiū de consolatōe philosophie in forma scribendi imitat. Ita etiam cōsolatiōis argumētum vbi ille dimisit: hic cōtinuare conat

Sequitur Liber primus de cōsolatione Theologie. aa 3

De consolatiõe theologie

Liber de consola/

tione theologie Incipit feliciter.

Decũq; scripta sunt: ait magn⁹ ille discipulus theologie Paulus ad nostrã doctrinã scripta sunt/ vt per patientiã ⁊ cõsolationẽ scripturarũ/ spem habeamus. Conuenerũt aliquãdo sup hoc verbo volucer: cursor leuis explicans vias suas. Et monicus in religione degens. Qui vt vidit q; volucer sibi notissimus ad se venit de lõginquo. multa quidẽ sup multis. sed multa plus plurima super aduena quodã germano suo conquirere disposuit. Cuius inquisitionem ⁊ alterius respõsionem. sequens dialogus explicabit/ ⁊ hoc p quatriduũ sub tetragono consideratõnum Que licet ad inuicem cõmunicent. erit tamen appropriatius prima de consolatiõe theologie per spem in cõtemplatione diuini iudicij Secunda per scripturam in reuelatõne regiminis mundi. Tertia per patiẽtiam in zeli moderatiõe. Quarta per doctrinã in conscientie serenatõne. Deus añt patientie ⁊ consolatiõis consoleť nos in oñi tribulatõe nostra. et det sermonẽ rectũ in ore duorum. Quor; volucer sic incipit.

Primũ metr; primi libri Elegiacũ

In quo deflet̃ miseria ciuilis dissensionis. Concordat in genere carminis primo metro Boetij de consolatione philosophie.

Carmina

Spe peregrinas volucer transmissus in oras
Regrediens: patrie menia iam video
Dulcis aue natalis humus/tu francia felix
Inclyta parisius/nobile palladium.
Deu quid id est: seuo bellonam cerno tumultu
Ciuili furere/sanguine cuncta replet.
Spiritus in medium missus vertiginis errat/
Obtruncant gladijs mutuo se proprijs.
Carceribus trudunt alios: aut flumine mergunt.
Membraq; torturis plurima dilaniant.
Pars queuis dici pietas vult/publica curans
Commoda: que patrie viscera rumpit ouans:
Justicie vultus atror mentitur crinis.
Rex iuuo te clamans regia sceptra rapit.
Eruperant syllam/catbilinam crimine vincunt.
Vim pro virtute bellicus borror habet.
Non pater a natis tutus. fratremq; perire
Vult frater. soceri mors venit a genero.
Clerum/miliciam/ciues/sine lege reclusos
Carcere/plebs rabida sicut oues iugulat.
Nullus adest nostre respectus religionis
Jura sepulture denegat impietas.
Quisquis opes vel diuitias famatur babere/
Objcitur titulus proditionis ei.
Eligit bic partem neutrã defendere partis/
Nor vtriusq; pater innocuus iugulo.
Nec satis est alijs vni se tradere parti/

Liber Primus

Ni se flagicijs conscelerent paribus.
Quid q̄ te patriam pulchram violare vocatur
Extera gens: hostis te lacerando rapit.
Nulla fides pietasq̄ manet/confunditur omne
Fas q̄ nefas/regnat horrida tesiphone.
Extremos nonne fuerat iocundius indos/
Aut glaciale solum me penetrasse prius.
Aduena tu felix alia te parte receptans/
Namq̄ patent oculis non mala tanta tuis.
Verum monachus hic degit/sua claustra subibo/
Ac de fratre suo fecero verba sibi.

Prosa prima libri primi

Bonicus

Est ne volucer quē video? Et certe is est. Dic precor o volucer vnde venis? que noua fers? qualis ad me te modo sors attulit? Volucer. Scito monice. quoniā in cōstātiensi cōcilio generali. cum germano tuo conuersatus vsq̄ ad finalem summi pōtificis egressum: tandē diuerticula q̄rens exiui cum eodem. qui iuxta cognomē suum peregrinus effici maluit in terra aliena/q̄ ad suos huc regredi. Bonicus Satis est o volucer. si certum me facere potuerȝ. quid agit dilectus anime mee quid amor cordis mei. Nonne dolet velut etulem se fieri in ignota ⁊ longinqua regiōe/vbi liguā quā nō nouerat audit? Nonne subtristis est/se poni sub modio vel in obscuris sicut mortuos seculi. qui lucere super candelabrum fuerat institutus? Volucer. Nihil prorsus o monice/tempore tempestate pensata/proq̄ diuturna animi preparatōne qua sibi p̄uiderat oīa que occurrissent equanimiter toleranda Gaudet potius in domino magnificans eum. ⁊ exultat spiritus eius in deo salutari suo. deputans se adiutum meritis ⁊ precibus aliorum. Itaq̄ de se securus. ⁊ in se domino miserāte trāquillus. deflet miseriam patrie proprie. indignissimāq̄ sortem. Cuius tamē calamitatis media pars nō est sibi nūciata. quā oculis proprijs horrens intueor. Quine tiam sup conculcatiōe veritatis ⁊ iusticie plorans ingemiscit. Miserabilem deniq̄ ciuitatis celeberrime desolatiōem tanq̄ hieremias ruinas hierusalem lamētatur. Bonicus Qua ratiōe fieri potest o volucer. q̄ exul a patria/a parentib⁹ a propinquis a notis ⁊ amicis nō angustietur in corde/nō in animo ꝓturbetur? Volucer Bonice: nihil difficile est volenti. Heministi puto vt aduena noster semper in medijs etiam turbis ⁊ vrbibus/solitudinem sibi quesiuit ⁊ dilexit. Solitudinem loquor que est a curis forinsecis/⁊ hominū calumnijs vacatio. p bans illud sapiētis. qui minoratur actu percipiet sapientiam. Bonicus Scio volucer ⁊ expertus testor. Volucer. Ecce autē nunc elongauit fugiens ⁊ mansit in solitudine/expectans eū qui saluū se fecit a pusillanimitate spiritus et tempestate. quoniā vidit iniquitatē ⁊ cōtradictōez in ciuitate. Euolauit sicut passer: erepta de laqueo venantium. Undiq̄ nimirū sibi parabātur insidiarum tendicule. Enatauit vt potuit/a naufragio reipublice. p̄stolans si forte postmodum sit spes. Nihil tandem se videns aduersus currētem furoris impetum nitendo proficere/desilijt aliorsum a curru publici reginiinis/cedens raptui prevalentis nequicie ⁊ malicie/quam ad presens nō vincit sapientia. Bonicus. Vincet tādem aliquādo: crede mihi: volucer. Magna quippe ⁊ fortis est veritas ⁊ super oīa vincit ac prevalet. Volucer. Veritas o monice quando vincet nescio. hoc vnum q̄ꝫ oculis inspicio iuxta vocem ysaie/ q̄ conuersum est retrorsum iudicium/⁊ iusticia lōge stetit/quia corruit in platea veritas/et equitas non potuit ingredi. quoniā facta est veritas

in obliuionẽ/ ⁊ qui recessit a malo prede patuit. Quo cõtra videre est falsitatẽ: nõ qualemcũq3/ sed hereticam prauitatẽ in via mandatorũ dei/ que pambulat vicos ⁊ plateas/ erecta ceruice/ insultans catholice veritati cum defensoribus suis. protexit eos pedibus fordidissimis. Ac de ipsis tanq̃ domina victoriosissima triumphare gloriatur.

Ronicus

O Proh dei atq; hoim fidem. dic orovolucer vnde talis euersio? Non ne sancta generalis synodus. que pro veritatis tuitõne principaliter instituta fuerat/ se cultricẽ huiusmodi veritatis exhibuit atq; protectricem. Verum hanc interim querelam omissam volo quoniã cupit anim⁹ ex te cognoscere quib⁹ exercitijs se refouet frater/ quẽ torpere nequaq̃ putauerim inerti ocio? quib⁹ insuper armis spũalibus aduersus iniquos fortune seuientis impetus congredi solitus est/ ne tristicia seculi que mortẽ opatur ipsum vel deiciat vel absorbeat. ¶ Volucer. ¶ De verax solida pegrini consolatõne tecum sermonẽ habiturus. significo in primis q̃ eam accipit doctrice theologia/ que comitem se dedit pegrinationi sue. Ab infantia enim sacras litteras nouit/ neq; furor hostilis neq; terror puertere potuit: quin pseqretur iter suum/ de qua sapiens. Attingit ergo/ ait a fine vsq; ad finem fortiter/ ⁊ disponit omnia suauiter. Hanc amaui ⁊ exq̃siui eam a iuuẽtute mea/ ⁊ quesiui sponsam mihi eam assumere/ ⁊ amator factus sum forme illius (Seqtur cõsolatio) intrans in domũ meam conqescam cum illa. Non enī habet amaritudinẽ conuersatio illius. Nec tedium cõuictus illius sed leticiam ⁊ gaudium. ¶ In cuius preconium ita libet metro pangere.

Secũdũ metrũ primi libri dactilicum

alcmaniũ tetrametrũ hypercatalecticum In quo ponit laus theologie in hoc/ q̃ est efficax p̃solari ⁊ currit cum secũdo metro Boetij Heu quã percipiti.

HElix theologus pulcra sophis
Cui vult a puero se dare spõsam:
Que castũ tenero stringit amore.
Eius se vocitans iure sororem.
Casus se sociam prebet in omnes
Ac vite releuat tedia meste.
Solatur resonans cantica syon
Securoq; regit limite gressus.
¶ Spes ⁊ vera fides concomitãtur/
Et diuinus amor: quadraq; virtus
Prudens sobria q; fortis ⁊ equa/
Honorũq; cõhors iuncta beatis.
Ad te si tribulans sors ruit vlla.
Duris increpitans torua flagellis:
Pestes: impauido suscipe vultu
Nam sic vinitur/ est pax in amaro.
¶ Nam si flammigeris intonat ether
Fractus fulminibus/ totus ⁊ orbis
In se dissiliat/ si caro cedit
Mens esto stabilis/ sede retenta.
Nec tu quesieris herculis arma/
Nec grandes validis viribus artus/
Plus horrenda satis/ q̃ superarit.
Hac iutrice potes perdere monstra.
¶ Infandas erebi carmine pestes
Vicit quãdo lyram temperat orpheus/
Mollescunt lapides/ flumina syduntur
Sed se nõ superat victus amore.
At vero citbara dum modulatur
Pastor postea rex carminis odas/
Quas aptat phronesis/ ocyus exis
Nequam spiritus a rege saule
¶ Ergo nemo satis theologie
Laudes extulerit/ tanta patrantis.
Qua cure fugiunt/ mens hilarescit/
Que virtute sua monstra trucidat.
¶ Cuius vi rapitur aduena/ degens
Terris/ ad nitidum scandere celum.
Excelsa resident cernit ab arce.
Fortunam merito rectus vtranq;

Secũda prosa primi libri sequitur.

Ronicus

VAre quidem laudaueris theologiã volucer. Sed in consolatione recipienda contra fortuitos casus contra vanam mundi felicitatem. Cur non suffecerit celebris ille dyalogus philosophie cum Boetio. qui prorsus elegãti stilo/ breui/ ⁊ splendido compositus est. sen

tentias grauissimas atq; verissimas in se tenens: ¶ Volucer. ¶ Noli mirari monice. si theologia philosophie preficitur/ quoniã sicut naturam gratia/ sicut ancillam domina et discipulã magistra/ sicut tempus eternitas/ sicut ratiocinatõnem intelligentia sicut visibilia ea que nõ videntur. sic theologia philosophiam exaperat/ quam nõ abiicit sed in obsequium sumit. Est autem lex diuinitatis ꝛ ordo. vt suprema inferiorum iungantur ad superiorum infima/ more concatenatiõis/ veluti plato loquebat/ que in corporalibus argentea in spiritualibus aurea vocabatur Et plane hanc in scala iacob graduũ figuratiõem accipimus. ¶ Propterea sub compendio procedentes inducemus theologiam inchoãtem verbũ ab illo supremo / quo philosophia consolatõnem suam apud boetiũ terminauit. Ita eni recto breuiatoq; ordine procedet theologia/ sursum machinã sue deductõnis erigens. si philosophie sibi fundamenta substrauerit. ¶ Quale vero sit illõ quod postremũ philosophia posuerit: puto me ministi. Magna enim vobis est inquit si dissimulare non vultis: necessitas indicta probitatꝭ. cum ante oculos agitis iudicis cuncta cernentis. ¶ Monicus. Memini volucer / ꝛ quali principio exordiens: quali preterẽã medio progrediens hucusq; processerit retineo. nimirum qui studio libri illius ab adolescentia vehementer incubuerim.

Volucer

Congratulor eruditiõi tue Si quidẽ ab hac sentẽtia qua philosophia desinit: theologia suam cũ peregrino consolatiõem iniciat/ qualis sententia formaliter in augustini soliloquio posita est. ¶ Et certe Paulus dũ ad hebreos scriberet/ collaudaturus virtutez fidei/ proposuit symbolum nature/ quod homĩbus pro omni tẽpore necessarium fuit. Credere enĩ oportet accedentem ad deũ/ quia est et inquirẽtibus se remuneratoꝛ sit. At vero deus ipse qualis iudex exisseret/ qualem insup remuneratõnem daret querẽtibus se/ non potuit philosophia neq; discipuli sui ductu ratiõis inuenire. Deficiebat enĩm volentibus ad altiora conscendere scala creaturarũ. per quam sempiterna dei virtus atq; diuinitas licet possit attingi/ non tamen vsq; quaq;. vt cognoscerent quales quantas ve penas reprobis deum cõtemnẽtibus/ qualia porro premia se inquirẽtibus/ iustus iudex tribueret. Quod facere si vel philosophi vel poete tentauerũt/ euanuerũt in cogitatõibus suis. ꝛ vitali ud q̃ errores fabulosos sibiq; dissidẽtes fingere potuerũt. Rectam deniq; mandatorum dei viam nescierunt qua pgitur ad vitam/ que est status omniũ honorũ aggregatõne perfectus. q̃lem hic assequi neminem posse philosophia demonstrat experimentali ratõne. Sed vel virtutes vel actus formales q̃bus attingatur iste status obiectiue quidez. in deo intuitiue cognito philosophia tradere nõ valuit. Diseratus autem desuper humanos errores deus/ eas veritates necessarias ꝛ salubres ad quas euehere nõ poterat philosophia nec tentare debuerat/ theologia superna turaliter infusa / sicut et humanus supernaturalis ẽ finis/ reuelauit ꝛ addidit. Inter quas: non irrationabiliter theologia super istam q̃ deus inquirentibus se remuneratoꝛ sit. quia videlicz iustus iudex est cuncta cernens. collocat ꝛ adiecit modum iudicij a christo tradidi. Ibunt hi nõ dubium quin mali: in supplicium eternum. Justi autem in vitam eternam. Neq; enim est alia veritas efficacius generatiua timoris domini q̃ ista/ claudẽs in se horrendissimũ illud damnationis tonitruum. Ite maledicti in ignem eternum. Nunquid non horrendũ valde pũ ci a facie dei summi boni: Sed ad horroris cumulum inexcogitabilem / additur maledictio trudens in ignem: non qualẽcumq; / sed eternum. Et hoc cum dyabolo ꝛ angelis eius. vbi ascendet fumus tormentoꝛum in stagno ignis ardentis ꝛ sulphuris/ vsq; in secula seculoꝛum. vbi vermis eoꝛum nõ morietur/ ꝛ ignis eoꝛum nõ extinguetur. Et erunt vsq; ad satietatem visionis omni carni. Ad hunc audi tum si fides admixta est: timorẽ domini quis non sibi susceperit: Est autem timor domini inicium sapientie. ꝛ ab ipso concipimus spiritũ salutis. Et per eũ declinat oĩs a malo. illũiant coꝛda/ ꝛ in oblectãtõe

B venit misericordia. ¶ Monicus ¶ Qua ratõne fieri potest o volucer/q̃ per timorem ꝛ talem timorem veniat queuis oblectatio? Timor enim penam habet/quẽ pfecta charitas foras mittit. Qualis amplius esse cõsolatio potest hũti p̃ oculis assidue stagnum ignis ardẽtis ꝛ sulphuris. in quod ne corruat/ formidare habet momento quolibet? Hec vnq̃ dum viuit ab hoc pauore secur? est. Nescit enĩ homo finem suum neq̃ si amore vel odio dign? sit. ¶ Volucer. ¶ Recte censeres monice si theologia fidelis nequaq̃ ad vlteriora per timorẽ istum pueheret/si nõ ad spem que non confundit/ effugere compelleret Si non deniq̃ ad deum totius consolationis/ per dilectiõem amplectẽdum sibi q̃ adherendũ. velut in locum refugij/ mirabiliter induceret. ¶ Monicus ¶ Vellem audire quo pacto fieri habet hec inductio vere mirabilis de timore in spem ꝛ amorem Neq̃ enim eadem sede cordis simul habitare posse videnť timor ꝛ spes licet legam prophete iussionem regibus terre vt seruiant dño in timore ꝛ exultent cum tremore. Et per sapiẽtem. Qui timetis dominũ sperate in illum. ꝛ iterum p̃phęta. Beneplacitum est domino sup timentes eum ꝛ in eis qui sperant sup misericordia eius. ꝛ alibi sine numero spes timori coniũgitur. ¶ Volucer. ¶ Attendendus est o monice/solerter ordo iudiciorum supmi iudicis dei. qualem philosophia non attingit. Vnde theologia velut humano more loquens triplicem deo curiam/ triplicemq̃ thronum deputat/ ¶ Residet in prima curia et throno indulgens gratia. Residet in altera curia et throno corrigens misericordia. Residet in tertia curia ꝛ throno damnãs iusticia de q̃ per apostolũ. Horrendũ est incidere in manus dei viuẽtis. ¶ Tradiderat homines oĩes in banc mortis damnatõez preuaricator adam. nec erat qui de manu baciudicãtis dei posset eruere/ si non supra nature vires ꝛ merita/ cõstituisset nobis iustus iudex deus /per sacramentum reconciliatõnis vnigeniti filij sui dei/ curiam primã ꝛ alteram in quibus gratiam ꝛ misericordiã iudices collocauit/ intbronizans quando factus est nobis a deo sapientia ꝛ iusticia/ sanctificatio et redemptio. Quãdo preterea datum est homini bus damnatis in curia iusticie eam quasi grauaminis illatricẽ posse declĩare appellando ad supiores curias gratie ꝛ misericordie/ quoniaz superaltat misericordia iudicium. fitq̃ vt vbi abundauit delictum supabundet ꝛ gratia/ quod philosophia nõ cognouit. ¶ Monicus. ¶ Inci p̃ volucer grauioribus q̃ antea scrupulis vrgeri/ vt omittam questiões interim multiplices/ et tuis habentes dictis ortũ de fide philosophorũ ꝛ aliorum quo pacto saluati sint aliqui sub nature sola lege Tradit itaq̃ philosophia vir pscrutabilem diuine prouidentie viuacitatem. presertim dum ad eam confertur humani libertas arbitrij/ cum certa precognitione futurorum Sed ecce supaddit theologia difficultatem in immẽsum minus inuestigabilem / neq̃ comprehẽsibilem. dum quosdam ex hominib? recipit iudicãdos in curia gratie vel misericordie et ne beatitudinis pticipes facit. Alios vero multo plures damnat in eternũ sua iusticie seueritas /dicente eo. Multi vocati/ pauci vero electi. Verum autẽ si quis in hac re cogitatõne constitutus nõ perturbetur ꝛ totus horrore tabescat/ qualiter abscondita non est consolatõ ab oculis suis(iuxta scripture verbum) dum ita deus inter fratres diuidit ¶ Volucer. ¶ Fatendum est in primis Monice/ q̃ hec cõsideratio iudiciorum dei qui terribilis est in consilijs super filios hominũ/ si cum superba curiositate recensetur/ p̃cipitat in illam sapientis damnatiõem. Qui scrutator est maiestat? opprimet a gloria/ exterminat omnẽ bone consolatiõis virtutem deniq̃ in reprobam de deo desperatõem/ ꝛ in odiosas rabidas ꝛ insanas blasphemias demergit ꝛ absorbet. hoc in viatoribus aliquibus hoc in damnatis oĩbus opatur. ¶ At vero consideratio talis si cum debita humilitate ꝛ reuerentia fidelis ꝛ pij cordis assumatur Si cum captiuatõne oĩis intellectus in obsequiũ fidei reuoluat. nullam existimat peregrinus noster potiorem vel efficaciorem ad consecutõem legitime consolatõnis viã/ diuinitus elargiri. Nonne senserat hoc p̃phęta dum suspirans ait? Memor fui iudicior tuor a seculo domine/ ꝛ cõsolat? sum. Quã ꝑsolatõz nescio si vehemẽtius exp̃sit alio loco is q̃ dixit. Et exclauerť.i.

extra se salierũt/filie iude propter iudicia tua domine. ¶ Monicus. ¶ Obseruandũ ne est obsecro volucer/ne min⁹ sobria fortassis ⁊ insoles sit huius doctrine traditio. quoniã stultoꝝ infinitus est numerus/carnalium ⁊ arrogantium/q̃ non capiunt que dei sunt. ¶ Si nõ dixeris ea que versant in corde suo ⁊ que suo ingenio penetrare se gloriari possint ¶ Volucer. I Corrigit ⁊ repellit tuã hanc hesitationẽ conscius arcanorũ diuinorũ apostolus. qui satagens contentiõem gentilium romanorũ/⁊ iudeorũ qui susceperãt fidem compescere/collocauit totius disputationis sue velut centrũ ⁊ cardinem supremũ consideratiõem diuine p̃destinationis et prescientie ab illo loco. Scimus autem quoniã diligẽtibus deum/oñia cooperantur in bonum his qui ꝛ̃m ꝓpositum vocati sunt sancti. Nam quos prescivit ⁊ predestinauit. ⁊c. Vsq; dum exclamat. O altitudo diuitiarũ sapientie ⁊ scientie dei/q̃ incõprehensibilia sunt iudicia eius et inuestigabiles vie eius. Quis enĩ cognouit sensum domini? Aut quis consiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit ei ⁊ retribuetur illi? Illic inserit q̃ nõ volentis neq; currentis. sed miserantis dei est. ⁊ cuius vult miserẽ. ⁊ quẽ vult indurat. Et q̃ non ex opibus. sed ex vocante dictũ est Jacob dilexi/esau ãt odio habui ¶ Apostolus igitur doctor gẽtium in fide ⁊ veritate/inter quas erant insipientes multe carnales ⁊ superbe. si p̃missam eis consideratõnem pro sua edificatõne nõ timuit exponere/quatinus eas ⁊ iudeos mutuo reduceret ad legitimã pacis ⁊ caritatis formã. Quo pacto verẽdum erit inter christianos/p̃sertim eos qui de sua salute soliciti sunt consideratõe ista vtiq; apud eum/talem de sua salute consolatõem suorumq; similiũ opata est. vt assereret Certus suz enim q̃ neq; mors/neq; vita/neq; angeli/neq; principatus. neq; virtutes. neq; instãtia. neq; futura. neq; fortitudo. neq; altitudo. neq; profunduz. neq; creatura alia poterit nos separare a caritate dei que est in christo iesu domino nostro. Poterit autẽ certitudo talis accipi de certitudine reuelatiõis diuine si Paulus de se solo loq̃retur. Sed dum cõnumerauit alios electos dei cõuenientius intelligit hoc esse dictũ de certitudine spei. que trãquillitas quantũ sit optatiua. satis admodũ propheta regius exposuit. q̃ dum gloriabundus in dño dixisset In pace in id ipsum dormiã ⁊ requiescã. Subintulit pro causa spem/dicens Quoniã tu domine singulariter in spe constituisti me. ¶ Monicus. ¶ Scire velim o volucer quo studio vel industria deuenit aduena noster vt in hac pace in id ipsum fruerek? ¶ Volucer. ¶ Accipito verba mea sobrie Neq; enim dicere p̃sumo/nisi quod aspirat ⁊ aspirare suadet ad illam pacẽ in id ipsum cum prophera dicente. Concupiuit anima mea desiderare iustificatõnes tuas/in omni tempe/si forte aliquãdo desiderium sui ⁊ similiũ pauperũ exaudiat domin⁹. ⁊ preparatõnẽ cordis eorum audiat auris sua. Scit enim quoniã nemo repente fit summus. scit quoniã munus hoc gratie magis est q̃ industrie. Nihilominus doctorũ deuotorũ scripta relegẽs theologia ductrice/suis vti conatur industrijs/ne sibimet deesse putetur. deumq; tentare videat. Enititur experimento cognoscere que sit illa pacis consolatõ qua sobrie inebriat? exclamat psalmista. Quã magna multitudo dulcedinis tue domine quã abscondisti timẽtibus te. Signãter ait abscondisti/q̃ nec ab habẽte tradi nec ab eo qui non habet capi potest. Est quippe nomen nouũ in calculo candido scriptum. qõ nemo scit nisi qui accipit

Tertium metrum

primi libri glyconicũ coriambicũ. ⁊ proportionat sexto primi de consolatõe philosophie. Cum phebi radijs.

Magnũ crede nimis bonum
Intus quo valeas frui:
Extra non liceat loqui.
Certe nescit homo vetus
Intro quid sapiat nouus
Hoc est manna reconditum.
Sensus quod capit intimus.
Queris qualis ei sapor?
Aurem verbaq; quid paras?
Gusta post videas licet.
¶ Degens frater agro senex
Querit gaudia/que domi
Frater iunior accipit.
Lecus mel ionathas prius
Gustat/protinus hinc videt.

Vel nobis sapidũ deus:
Quo fastidia tollere
Mundi noxia fas tibi.

Tertia prosa primi

Monicus.

O Miseris interim volucer verbum sup istis affectus deuoti sentimẽtis/in quibus stat sapientia:que in mysterio abscõdita est. Hec est theologia mystica/de q̃ tractatus fratris apud me seruo/quosdã latino/quosdã vulgari scriptos stilo. Sed sup his altera fortassis die sermo fiet:

Perge vero prosequi de spe:respondens ad pauculas interrogatiões meas/qui secretorum aduene nostri cõscius es. Recogitat ne supremũ iudicem deũ:homines ex massa peccatrice:pdestinasse quidem hos ab eterno sempit̃ne beatitudinis fore participes/alios vero prescitos ꝛ reprobatos ad suppliciũ perpetuũ:

Volucer. Recogitat monice/et id sane freq̃nter.

Monicus Accusat ne diuersum huiusmodi iudiciũ dei:tanq̃ preterea sit in eo seua quedã crudelitas/indigna bonitate sua summa:

Volucer. Absit monice talis aduersus deũ blasphemia/neq̃ enim psonã accepisse/neq̃ iniuriaꝫ fecisse dici potest q̃ nulli debitor est. Qõ notauit apostolus dicens. O homo/tu quis es qui respondeas deo:nunquid dicit figmentũ ei qui se finxit.quid me fecisti sic:An non habet potestatẽ figul⁹ luti ex eadem massa facere. aliud quidẽ vas in honorẽ.aliud vero in cõtumeliam:

Talis apõ homies similitudo plurima repitur. nedũ super rebus vita carentib⁹/sed animatis/quib⁹ vtitur pro arbitrio suo alijs ad mortẽ.alijs ad conseruatiõem nec arbitrãtur se:vl iniurie:vel crudelitati obnoxios esse. Quid si vult deus in mag̃ domo sua manifestare diuitias glorie sue.istis in ostensionem misericordie.alijs in manifestatiõem sue iusticie/glorificans illos ex misericordia/istos ex iusticia derelinquens:quatinus resultet carmen illud pulcherrimũ. Ex graui tenore iusticie/ꝛ molli cantu misericordie/de q̃li profiteꝛ pheta. Misericordiã ꝛ iudicium cantabo tibi dñe. Et si pauciores sunt qui saluãtur/manifestior est in hoc gratia dei quẽadmodũ int̃ surdos ꝛ claudos mutos ꝛ mortuos/pauciores sunt q̃ miraculo curãtur/q̃s qui proprie cõditioni relinquũtur. Verũ dum ad singula fit descensus et inquisitio. cur videlicet Petrũ vel Paulum deus elegerit ad salutem. Judam vero ꝛ diuitẽ epulonẽ dereliquerit:oportet vt humana garrulitas apponat digitũ ori suo/hoc vnum profitens q̃ iustus est dom⁹ in oĩbus vijs suis. Itaq̃ sicut nulla potest assignari ratio cur inter tot res possibiles fieri/ista nõ:illa facta est/nisi beneplacitũ dei. Ita de recreatiõne seu regeneratiõne/ad vitam spiritualẽ/multomagis dici debet. Neq̃ confugiendũ est ad illoꝝ merita vel opera/quos ab eterno pdestinat deus.quia si ex opibus:iam nõ ex gratia. Sed neq̃ priorem eterna dei voluntas causam habet/qui fecit oĩa propter semetip̃m. impiũ quoq̃ in diem vindicte. Nihilomin⁹ fatendum est q̃ nemo sine culpa damnabitur.sicut absq̃ gratia saluabit nullus.

Monicus Pergo volucer inquirere cõsequenter/si banc aliquãdo peregrinus noster consideratiõem super se/ꝛ ad se reflectit. Meditãs ne forte sit ex numero reproboꝝ/neq̃ enim gloriari potest se peccatũ nõ habere:neq̃ de alia massa esse q̃s ceteros:

Volucer Dicam illõ monice quod sentio Meditatur aliquãdo se cum cõquerens. quid si iusto dei iudicio damnãdus es:Si reperit indispositum cor suũ ad humilem hui⁹ consideratiõis susceptiõem/derelinquit eã/ꝛ ad alia se cõuertit. quemadmodũ fieri consiliũ est in tentatiõibus vel interrogatiõibus carnaliũ peccatoꝝ/vel experientijs earũ rerũ/que sunt difficillime electiõis.vt si querat aliquis a semetipo Vtrum membratim laniat⁹ mori/q̃s illecebrose voluptati mulieris pulcerrime consentire:

Si vero percipit affectum suũ/deo propicio tranquillum/humilem ꝛ suauẽ/sicut imprecatur apostolus. Deus autem spei repleat vos oĩ gaudio/et pace in credendo/vt abunderis in spe/et virtute spiritus sancti.sistit pedetentim tamẽ et caute/in hac recogitatiõne/si forte damnandus est. Cuius apprehensioni/nequaq̃ remurmurat/scõm presentem affectum/ꝛ sensum de diuina iusticia. Sed humiliatus dicit. Justus es domine/ꝛ rectum iudiciũ tuũ. Nõ q̃ damnatiõem eligat. Absit. qꝛ

nec deus hoc vult ipm velle/sicut nec pec
care nec desperare dum viator est. Dicit
potius cū Job. etiā si me occiderit tamen
in ipso sperabo. Et cōuersus ad dominū
cū pio ⁊ humili affectu. Scio inq̄t ego/si/
me uider/ quoniā damnati in inferno te
odiunt. te iniustū. te inuidū. te crudelissi/
mū iudicant. te blasphemant. te sanctisq̄
oībus ore rabido maledicūt. Scio q̄
illic cōstitutus (heu me miserū) sic agerē.
At vero dum interim affectib⁹ tam effe/
ris ⁊ blasphemis careo. amo te qui totus
es amabilis. te iustissimū/ te amātissimū
te clementissimū diiudico. te collaudo. ti
bi sanctisq̄ omnibus tuis ore pio bene/
dico. quicquid postremo de me futurum
ordinauerit voluntas tua/corde credo et
ore profiteor. quoniā nulla est iniquitas
apud te qui sanctus es in oīb⁹ operi/
bus tuis. ¶ Monicus. ¶ Placet volu/
cer distinctus iste modus habendi se cir/
ca recogitatiōem diuine predestinatōnis
seu prescietie/nam sicut in primo curiosi
tas temeraria. sic in secūdo meritoria val
de humilitas exercetur. ¶ Videre simile
est in aspectu vel recogitatōe formose mu
lieris/vbi periclitaret incōtinens. contī/
nens vero fortiter habituatus/ vteret ad
virtutem. ¶ Video q̄ amor hic gratuit⁹
est. nō mercēnarius. nō recurnus. hec af/
fectio filialis vel fidelis sponse. quē amo/
rem/quia donū suū est/nō acceptare non
potest. quia diligentes se diligit. Beatus
qui ascēsiones in corde suo disponēs ad
hunc gradum pene suprem̄ū peruenit
Sentio deinceps magis ac magis q̄ me
dio potest hec considerato pacem quan/
dam ⁊ consolatiōem operari. Ita tamen
si sit apō homines qui peccata iam non
iterāt. nam iteratio peccatorū quid aliud
pretendit q̄ reprobatiōem ⁊ interitum?
Attento q̄ spes nō ex meritis proueniēs
presumptō est. nō spes estimanda ¶ Vo/
lucer ¶ Scio o monice quoniā nemo est
qui viuit ⁊ nō peccet quando ⁊ septies in
die cadit iustus. Et beatus dicitur a psal
mista: nō qui non fecit. sed cui nō impu/
tauit dīs peccatū. Dirū fortasse videbi/
tur quod dicur? sum. Inuenire est homi
nē qui quanto pluribus impugnat tenta/
tōibus/quāto renitēs eis pluries euin
citur/vel in vorācitate gule. vel in somni
culosa dormitatōne/vel in stimuloꝝ car/
nis crebra ppessione/ ⁊ alīs huiusmodi/
tanto frequētius certius ⁊ ideo fortiꝰ. q̄
humilius/in deū se proiicit. de deo sperat
⁊ confidit. Consulte quidē dum nullam
videt in se fiduciā resistēdi vitīs/neq̄ vir
tutes ⁊ salutē adipiscēdi repositā. Fallor
si nō ita dauid egerit ingens. Impulsus
euersus sum vt caderē/subdit. cuius inni
tus ē auxilio/⁊ domin⁹ suscepit me. Rur
sus cū ab homib⁹ sibi desperatō impro
peraret/quia tulerat ouem ⁊ pastorē occi
derat/⁊ dicerent. non est salus ipsi in deo
eius/ipse solidiori spe deo fisus respōde/
bat. Tu autē domine susceptor meus es
gloria mea. ⁊ exaltans caput meū ¶ Mo
nicus. ¶ Ut intelligo volucer. Ita se res
habet/ q̄ apud vere humilem quāto mi/
nus est in se spei/minus in ope aliena fi/
ducie. minus deniq̄ vult cōstituere iusti
ciam suam. tāto plus spei plus fiducie de
deo ꝓcipit. plus quoq̄ iustitie dei fit sub
iectus. dicens ex sententia. Mihi autem
adherere deo bonum est/⁊ ponere in dño
deo spem meā. clamans ei. in tua iustitia
plane non in mea/ libera me. Postremo
magis intelligere nunc videor/que in de
uotoꝝ libris legi/de introductiōe sponse
in cubiculum sponsi. de osculo oris eius
post osculum manuū ⁊ pedum/ de habi/
tatiōe preterea in adiutorio altissimi/ nō
in habitatōne vel meritoꝝ proprioꝝ que
vana est. vel penarum futuraꝝ que anxia
vel industriarū propriarū que timida est
⁊ incerta. ¶ Certa vero qualiter esse pos/
sit in adiutorio altissimi. inter tot vite di
scrimina. inter tot criminū lapsus. inter
tātam electorum paucitatē edisseras ve/
lim. ¶ Volucer. ¶ Rerum ista condi/
tio est o monice/vt in suos fines tendant
quib⁹ adeptis quiescunt adherentes eis.
hoc de grauib⁹ deorsum. hoc de leuibus
sursum videre est. Est autē humani cor/
dis desiderium ⁊ pondus/in deū/sicut in
locum suū ⁊ centrū ferri. est suprem̄ū post
quod nō relinquit aliō humane peregri
nationis refugium. Superest igitur nihil
infra quod/vel vltra quod possit huma/
nū se cor deflectere vel fugere: dum pon de
re suo se cōstituit adherere deo. nūc interi
per spem: fidem ⁊ amorez. neq̄ enim sibi
dat aliter status presens. Porro sicut ali
quis dicitur adherere certitudinaliter lo
co alicui vel baculo/dum totis viribꝫ ita

stare vult. nõ aliter spem certã dicimus p deliberatã voluntatis adherẽtiam. neq; enĩ spes est in assensu et vi rationali / sed desiderio ꝛ expectatõne virtutis irascibilis tendentis in arduꝫ. quod desiderium tendentia / vel expectatõ reputur in virtute spei cum tanta certitudine p adherentiam volũtatis / q̃ p nullius temptatõnis / vel recogitatiõis insultũ vult ab ea semet euellere. ¶ Consurgit ex radice simili certitudo in assensu fidei. dũ p nullas rationes vel fantasias fidẽ impugnantes / vult derelinquere / quo minus stet in fide / ad obeditionẽ dei / ꝛ meriti conquisitiõem.

Quartũ metr̃ primi dimetrum Jambicũ.

Que mõtis alto stat iugo
Quercus suis radicibus
Defixa nitens fortiter:
Ventos et imbres non timet:
Assumit hinc plus virium
Quo plus in imo se locat
Concussa venti turbine /
Sic spes ferens tentamina
¶ Antheus inuictus fuit
Dum caurus incubans humi
Non vult in altum surrigi /
Elatus ilico perit.
¶ Que collocatur saxeo
Domus loco fideliter /
Venti / pluuie / flumina
Desciuant / nunc̃ ruit.
¶ Nerere vos spe firmiter
Vestro loco nitamini.
Vester locus certe deus!
Quo spes reponit certior.

Prosa quarta primi libri

¶ Monicus. Jsum est aliquibus o volucer q̃ spes in presciis semp sit erronea Jd enĩ se putant habituros quo carebunt. Alĩ volentes hãc absurditatẽ euadere dixerũt spem in hac cõditionali exĩstere. Si legem dei obſuauero salu⁹ ero. ¶ Volucer ¶ Monice. nec hoc vltimũ sufficit ad spem. staret enĩ cum desperatõe talis cõditio. Nec primũ sobrie dictũ est: q̃ deus obliget reprobos ad errandũ / sicut obligat ad sperandũ. Proinde spes ad certã beatitudinis expectatõem / sic se habet. Ponit sibi p fidem / q̃ est aliqua talis beatitudo. iungit q̃ ad illã pura liberalitate ꝛ gratia deus ab eterno quosdã predestinat ꝛ eligit. Addit q̃ ad consecutõnem hmõi finalis beatitudinis: ordinauit media cõuenientia / varijs modis sine numero Jnter que mediũ precipuũ est gratia. que ideo dicitur vita eterna. quia pignus eius est / vel arra. Hanc autem gratiã nulli dedit nec̃ daturus est / nisi p mediũ mediatoris dei et hominũ Quã gratiã pro omnib⁹ meruit ad sufficientiã. sed non ad efficaciã. nisi incorporatis sibi per fidem habitualẽ / vt in paruulis. vel actualem ꝛ habitualem q̃ per dilectiõem pseueranter operatur. que fides min⁹ explicita fuit in prophetis tẽpore legis scripte / q̃ in apostolis tempe gratie. Et longe minus in philosophis ꝛ alijs gentilib⁹ p lege nature. Quãuis enĩ oĩes accedentes ad deum oporteret credere q̃ deus est. ꝛ q̃ inquirentib⁹ se remunerator sit. quis essꝫ tamẽ modus quo talis remuneratio cõsequeretur / p mysteriũ videlicet incarnatõnis filĩ dei. sicut non erat explicite reuelatũ / sic nec explicita fide credendũ. Ceterum spes taliter instructa p fidem. que suus est oculus / figit in primis desideriũ suũ ad beatitudinis adeptõem tanc̃ ad finem. Et ab illo desiderio nequaq̃ vult auelli. Deinde desiderat media quelibꝫ ad huius finis assecutõem per dei prudentiã ordinata / p arma iusticie sicut dicit apostolus. a dextris et a sinistris. per gloriã ꝛ ignobilitatem. per infamiã et bonam famam ꝛc. Fides itaq; rursus dicit ei / q̃ diligẽtibus deum ꝛ sperantibus in eo / omnia cooperantur in bonum / sicut tradit apostolus q̃ oĩa nostra sunt / conformiter ad christũ. Primũ queritę regnũ dei / ꝛ omnia hec adijcient vobis. nec̃ talium aliquis predestinatorum peribit vnq̃. Quo contra fit de reprobis q̃bus omnia cedunt in malum / etiam aliena bona que in scãdalum sibi vertunt ꝛ ruinã. Nihilomin⁹ quoniã ignorum nobis est quos vult inter homines deus ꝛ qualiter saluos fieri / opandũ est bonum ad omnes / vel orando / vel cõmonendo / vel hortando / vel increpãdo / vel ab erroribꝰ vitijs abducere satagẽdo Jta sagena caritatis ꝛcludit i se bonos ꝛ

malos separandos in littore iudicij.
¶ Preterea si ex peccatis electorum diuina bonitas potest. scit et vult elicere bona. nō tamen idcirco mala bona sunt/vel eligenda. sed cauenda penitus plangēdaq;. Collaudādus autē benignissim⁹ z omnipotens deus q malis nostris nō solū nō vincit/sed ex eis operatur bonum nostrū. ¶ Siceni dicit oīa sub peccato cōclusisse. supple p missiue vt omniū misereat. Peccauit petrus/humilior cautior z misericordior effectus est/nō actōe mali sed miseratōne dei. Peccauit Magdalena/plus postea dilexit. q; multū sibi dimissum est. z in exēplar penitētie ceteris cessit. Blasphem⁹ fuit Paulus. confitet humiliatus/q; nō sit dignus vocari apostolus/z est inter peccatores prim⁹. Deniq; iocūdatur pater z epulat in receptōe filij prodigi. Et gaudiū est angelis dei super vno peccatore penitētiam agente. Quis nesciat proinde paupes dum de stercore pctōrum erigit eos deus. collocās in gloriam cū principib⁹ populi sui. q; in ampliores erga diuinā benignitatē assurgunt gratiaz actōes/nō quin innocentia p̄seruata seruataq;/ plus habeat dignitatis z gratie ceteris paribus. Sed in repatōne depdite magis eminet misericordie benignitas. ¶ Miserādū vero est. quod in reprobis agit e diuerso/de virtute z humilitate supbiūt. de gratuitis dei donis vel ingrati sunt vel repidi/vel in suā z aliorū pniciem z dei inhonoratiōem abutentes vertunt. Ita vt eoz quandoq; fiat oratō in peccatū. hic p ingratitudinē. in inferno autē p blasphemiā infaniorē. Recordantes enī quēadmodū fuerūt aliquādo supplices deo. Hecz illa bona facientes. venerātes sanctos sanctasq; oīes cū deuotiōe. quidni rabidiori cōrabescāt odio z maledictis latrēt aduersus deū sanctos sanctasq; oīes. p̄sertim eos quos p̄cipue coluerūt eos inuidos. eos crudelissimos. impios z ingratos. qui non ipos a tormētis cum possent eripiūt/ acclamantes. ¶ Quid ergo dicem⁹ ad hec. faciem⁹ igit mala vt deus eliciat bona/vel bona vitabim⁹ ne cōtingant mala qualia tetigimus. Absit. ꝓpter id enim quod p accidens est. nō debet illō quod de p se est variari. ¶ Bonicus. Horresco volucer hec audiens/et videns te sup admirabili via niti pro cōsolatōis adeptōe. dum tremende z ptrarie desolatōis memoriā subinducis. ¶ Volucer. Dic mod⁹ est. hec ars theologie/credideris monice/q; sicut per stultitiā z scandalū predicatōis crucis salvos fecit credentes sic p insipientiam trahit ad sapientiā dicente apostolo. Si quis videtur inter vos sapiēs esse in hoc seculo. stultus fiat vt sit sapiens. Nō aliter vult eadē theologia per summā desperatiōem de homīe. trahere ad summā de deo spem. z p desolatōem inestimabilē z intolerabilē. sursum ducere ad solidam consolatōem. ¶ Addideris nullā esse recogitatōem que plus ista radicaliter euellat ab humano corde supbiam. de se semper aliquid magnū p̄sumentē/ cui resistit deus. que magis insup gignatz nutriat humilitatē legitimā sub deo et ad homines. vitijs procul expulsis que fert secum supbia. Nam qua fronte poterit aliquis fratrē suū qualēcunq; deinceps. vl' odio vel ira vel inuidia. p̄sequi. immo nec animo q; reprobus sit iudicare. qui videt se de eadē massa peccati in eadem damnatione esse. neq; scit quid sibi crastina pariat dies. Q; si voluerit gloriari de bonis suis/mendax est si non habet. si habz illa gratis accepit a deo Quid ergo gloriatur quasi nō acceperit. Quid preterea iudicat alienū seruū qui domino suo stat/ aut cadit. stabit autē. potens est enī deus statuere illum. Sub hoc intuitu dixisse putandus est apostolus Venit deus saluos facere peccatores/quorū prim⁹ ego sum. primus itelligo quo nullus prior/videōs se cum alijs equaliter filium ire. z ex eadē peccati massa esse/ q̄les venerat saluare deus. ¶ Bonicus Intelligo volucer materiā hāc de timore z spe latā esse. vellem traderetur sub compēdio mod⁹ quo precipue spes stabilitur. ¶ Volucer. Firmitur stabilitur a deo/ cuius supnaturale donum est. Sed si particulari⁹ aliquid exigis. inuenīt quadruplex meditatio que velut in tetragono firmissimo gestat spem. Una meditatio est diuine iussionis vt speres. Altera diuine promissionis si speres. Tertia immēse dei pietatis ne desperes vnq; de suis miseratōnibus. Quarta proprie fragilitatis/ne speres in te vel proprijs viribus. ¶ Dic igitur cogitationi tue solicitāti spem deserere. dū

qua assumēdi res alias in sui facultatē vel
vsum p̄m regulas z leges iuris proprie di
uini. Hoc enī mō q̄uenit plurimū cū ciui
li. nec est in solo caritatis titulo stabilitaz
vt dicet. Itaq̄ dominiū ciuile institutum
est occasiōe peccati originalis z alioz in⁹
de cōsequntiū/quib⁹ nō extitib⁹ dominiuz
tale defuisset. Dominiū vero caritatis nō
presupponit peccatū/sed est immediate a
deo deriuatū sicut ipa caritas. Ciuile aūt
magis hūana adinuentiōe z vtilitatis pu
blice respectu statutū est. Nimirū propte
rea. si radicē infectā habēs illi⁹ saporē cō
trahit. z si vix exercet. z tenet absq̄ cōtami
natōe p aliquod delictoz. Radix vero do
minij euāgelici est caritas. que patiēs est
benigna est. ¶ Scōam differētiā inue
nim⁹ qm̄ dominiū caritatis. qz nō querit
q̄ sua sunt/ pt ex equo cōpetere quotlibet
dñis propter sui spiritalitatē. absq̄ sui di
minutōne. quēadmodū de⁹ suū dominiū
cōicat angelis z boīb⁹ nec inde minoratur.
Sed dominiū ciuile tū propter sui materi
alitatē vt sic dicam⁹. tuz propter appropria⁹
tiōz qđāmō auarāz q̄rētē q̄ sua sunt. neqt
ex eq̄ pluribus cōuenire. naz q̄uis eueniret
q̄ habeant dominiū ciuile rex et vasallus
vel burgēsis sup eandē hereditatē. hoc tū

nō est ex equo/ neq; eodē iure. neq; simili plenitudine ciuilis ptātis. ¶ Postremo distinctōem tertiā habent. q; ciuile est retinibile vel abdicabile seruata caritate. nō sic euāgelicū. vñ q; ciuile politicis legib⁹ innititr̄ institutōib⁹/ vt q; q̄libet rem suā possit alienare vl' vēdere vel ꝓmutare eam insuper defendere iudicialr̄ atq; repetere aut modis alijs ꝓsequare. Et talia agere magnā sepe bz solicitudinē annexā. propterea dñium hoc solicitū est antiū z penale. z ꝑt abdicari a se. ꝑt nihilomin⁹ iuste retineri z exerceri etiā extra caritatez fm mox dicēda ¶ Caritatis vero dominiū q; abdicare aut vellz aut iuste possz. q̄m illō nihil aliud est q; filialis adoptio dei/ vel aliq̄d consequēs ad illā. Idcirco iure neq; abdicari sicut nec caritas repudiari iuste possit ¶ Atuero q̄m altercant⁹ multi an ciuile z generalr̄ oīe dominiū ꝓsupponat p fundamēto caritatē. Notandū est cōfortiter ad ꝓmissa/ q; sicut liberalitas diuina se cōicans nō cōicat se fm oēm plenitudinē suam. sed dat singulis prout vult. Ita dum subtrahit se a sua creatura iusto iudicio. quia peccauit ei. nō subtrahit se penitus quin aliq̄ donoz suoz misericordi z dignātissima liberalitate refuet eidē creature. alioquin flueret in nihilū. Quāobrē absq; vllo dubietatis scrupulo/ dicem⁹ q; dominiū ciuile z politicū. nō ꝓsupponūt vt insint iuste alicui p titulū caritatis. vñ q̄uis creatura rōnalis nō sit simplr̄ iusta sine caritate. est tamē in casib⁹ iustus dñs ciuilis aut politic⁹. z hoc rōnabiliter a suprema iusticia statutū est. ne dñia ciuilia apud hoīes semp incerta z dubia mutabiliq; fluitatōe vacillarēt/ nec aliq̄d haberēt vtilitatis roboris vel mōēti. Nunq̄d dauid ꝑdidit ius in regno q; adulteriū crimine pollut⁹ est. Nūq̄d apō infideles q̄s totiens scriptura reges noiat null⁹ oīno iuste politisat. Absit. q̄d mirū si nō q̄libet crimē tollit ins dominādi ciuiliter. q̄n ꝑ ipm ius nō tollit coz⁹ xpi cōsecrādi. et cetera exercendi dignissima sacramētorum misteria. q; siquis contēderit ista nō fieri prorsus iuste extra caritatē/ videat ne q̄d noīs eum fallat. de hoc q̄ō est aliq̄d iuste fieri. Et breuiter ista eadē est penit⁹ difficultas z silr̄ enodāda. qualis ē illa an absq; caritate ꝑt aliq̄s bñ moraliter operari nam z iuste dñari ciuiliter morale est.

Addamus ꝓterea q; sicut ciuilia dominia ratōne peccati. z ꝑ extrinseca vtilitate reipublice solū inducta sunt. z nō conferuntur regulariter absq; signis exterioribus. sic nō ꝑditur eoz ius regularit̄ absq; peccato manifestis. nec ex quibuscūq; sz ex illis q̄ stare nequēt cū debito vsu talis dominij in republica. et dum p sententiā diffiniti uam talia esse mōstratā sunt z dānata. Exē pli gratia. Vasallus aliq̄s habet ex dono domini. B. hereditatē ad fidelitatē sibi ꝓstandā. vasallus iste nō pro quocūq; delicto ꝑdet hereditatē. imo p nullo interiori sz nec p exteriori. nisi ꝓriet fidelitati debite dño z adhuc añ sniaz diffinitiuā n. erit ab hereditate spoliat⁹. quānis prius ita spoliari meruisset. aliud quippe est demereri iure spoliatōez hereditatis. aliud de facto spoliatōis z ꝑditōis pena plecti. Exhinc perpēditur q; nulla heresis occulta. nulla symonia mentalis. nullū denicq; crimē occultū tollit ciuile dominiū. siue illud sit canonicū. z spūale. siue legale. z tēpale. Neq; cōsequēs est si tales cōmittūt in supremū dominū deū crimē lese maiestatis. et eidē ꝑditores existūt. q; oīa perdāt cōtinuo que ab ipso susceperūt/ prout supra deductū est. alioquin peccatoz mox annihilationē puniret. Imō autez ignorātia fallit multos z noiatim quosdā ex doctoribus anglicanis. z lōge dereri⁹ q̄sdā ex hereticis q̄ omnē a prelatis si nō sint in caritate tollē dam esse dicunt obedientiā/ tanq̄ius omne superioritatis amiserint. Errant prete rea circa dominiū summi pontificis illi qui pro quolibet delicto occulto/ aut etiā pro publico non cōtrario directe vsui sue potestatis/ ab eiusdem obedientia tanq̄ a nō papa discederent. Cur ātaddim⁹ tanq̄ a non papa. infra docebimus. ¶ Ex his perspicua est tertia differentia dominij caritatis a dominio ciuili/ quoniā deus se solo immediate dat titulum charitatis ad omnia propinquo iure assumēda in sui facultatem/ fruendo/ velvtendo licite z meritorie. quo titulo stāte illud inabdicabile est dominiū. quo sublato repente tollitur vt verum sit quod Jacob⁹ apostolus ait. Qui in vno peccauerit fact⁹ est omniū reus. Cur autē dictum sit propinquo iure alias docuimus/ quoniaz peccatoz ius tale sed remotum habet ante obstinatiōem. dū faciendo q̄ō in se est ad illud

ꝓparare ius se habet ¶ Sed in ciuilib⁹ dominijs sicut alij tituli sunt ea fundãtes ita remanẽt manẽtibus titulis suis in integritate sua/ q̃uscq; ꝑ leges ciuiles ꝑm q̃s illa dominia regulant ⁊ robur assumunt/ cassant/ quemadmodũ rex francie regnuz hz titulo successionis hereditarie ex ꝑmo cõsensu ciuiũ suoꝝ. Sũt autẽ quedã publica crimia ꝓpter que leges ciuiles iudicarent hũc successiõis titulũ annullandũ fore ex opposito ciuiũ dissensu. In alijs titulis est cõmunis electio. leges vero certe sunt que electõem hãc vel nullã ipo facto vel annullandã ⁊ cassandã esse dicerẽt. vl' ab ea recedendũ decernerẽt. quẽadmoduz exꝑssa decreta sunt de electõe summi põtificis/ q; hereſis tunc aut postmodũ potest ad inualidationẽ electõis/ aut electi destitutionẽ opari. sicut dicit exꝑsse Bern̄. in q̃dã epl'a de scismate petri leonis. q; electio viciosa dz ꝓius examinari rõne. ⁊ cassari iudicio Qõ qual'r ⁊ q̃n verũ sit. istud ex iuriũ exꝑssa declaratõe cognoscit/ q̃n si passim ꝓvolũtate cuiuslibet liceret discedere a suo supioze absq; sentẽtia iudicij rõe huius vel illi⁹ delicti qõ eidẽ q̃s iponit/ quis nõ videat omnia dñia ꝓrsꝰ fore misera cõfusione turbãda ? Rursus ex aduerso si supioꝛes ꝓ sua libidie possent inferiores deꝛcere/ conculcare/ affligere/ ⁊ ꝓdere/ ⁊ q; eoꝝ violentie se opponere neq; facto neq; verbo licerꝛ/ male irẽt res publice ꝓ q̃ꝝ vtilitate ptãs oĩs statura est. male ꝓterea eẽt quibusdã ꝓsonis singularib⁹ vbi supioꝛes sui via facti/ sꝑreto oĩi iuris ordine eis vim inferrẽt. si vim illã per vim repellere nefas foꝛet. qõ vtiq; fas foꝛet ĩmutabili iure naturali si modestia ĩ repellẽdo vim vi cõseruet. Seruat autẽ q̃n resistit q̃ntũ req̃rit ⁊ sufficit/ ꝑm qualitatẽ iniurie declinandã/ ⁊ intentõe ꝓcipua sese ꝓseruandi. Qua in re statiꝰ apparet multos casus eẽ possibiles in quib⁹ aliq̃s gerẽs se ꝓ papa/ ⁊ ꝓ tali habit⁹ ab eccl'ia/ poterit a subdito licite occidi/ vel incarcerari vel ꝑ modum quendã appellatõis ab eo vel subtractõis a potestate sue obediẽtie declinari. nisi forte quis ostẽderet constitutionẽ aliquã relatã obstare. q; humanũ ius hoc naturale tollere nõ potuit. fundat enĩ in titulo naturalis existentie cõicate a deo ipi creature rõnali. ad quẽ titulũ cõsequit ius defendẽdi se ⁊ noxia repellẽdi. hoc est vim vi repellẽdi. modo ꝓ⁹ exposito. vel in titulo caritatis ad quẽ conseq̃t ius refugiẽdi oĩe peccatũ mortale. vt castitatẽ suã conseruãdi. Hoc vero ius nõ extendit ad ĩnocẽtios sic q; ex eoꝝ morte possim vitã meaꝛ ꝓrogare. nec ad iudices q̃ via iuris me cõdemnarẽt etiã innocẽtem. Hz neq; tenet vbi via iuris absq; tali via facti aperta est Aut vbi libido tegnat aliũ impetẽdi magis q̃ se defendẽdi. ¶ Hũc aptioꝛ via est ad inuestigandũ qualis sit habitudo dominoꝝ ciuiliũ ad subditos ⁊ ecõuerso in oĩi policia tam eccl'iastica q̃ seculari Est enĩ apõ quãlibet policiã suũ ius naturale Est ꝓterea suũ ius diuinũ seu in caritate/ seu in alijs gratuitis donis fundatũ. q̃ iura ⁊ dominia inde consequẽtia nulla ꝑt hũana cõstitutõe destitui. vt q; policia tẽdat ad sui ꝓseruatõem et ne sue depditiõi vijs cõgruis obnitat'/ q; nihil agat contra leges eternas mortal'r delinquẽdo. ⁊ cõsimiles. ex quib⁹ palã infert de policia qualibet sicut de ꝑsona singulari modo dicebatur. q; cõtra supioꝛẽ suũ quẽlibet impetentẽ eam via facti/ ius hz vim vi repellere Extẽpli grã. papa de quo min⁹ videretur. Si via facti vellet ignes spargere per domos x̃pianoꝝ ꝑ se vel alios ĩprobos. aut mulieres violare. nõ ꝓpter hoc desinerꝛ eẽ papa. attñ nulli dubiũ esse debet q̃n huic vie facti eccl'ie vel ei⁹ ꝑs possꝛ via facti demolitõi suoꝝ bonoꝝ ⁊ violatõi vroꝝ resistere/ etiã ꝑ incarceratõem realẽ pape. vbi tunc aliter neq; via iuris neq; via facti obstare relictũ est. quãto magꝛ hoc agere fas haberet eccl'ia vel ꝑs ecclesie/ vbi sua castitas spũalis in legis diuine obſuatõe. aut sua vnitas in qua vita sua posita est ab ali q̃ papa via facti certissime violari q̃reret. Qꝫ sic̃s in oppositũ mille decretales vl' decreta ꝑduxerit/ tãq; pape in nullo casu dicere liceret. cur ita facis. tãq; insup supioꝛ sit tota eccl'ia. vel tãq; a nemie possit iudicari. Rñdem⁹ q; ptãs supioꝝ nihil ꝑt statuere aduersus veritatẽ legꝫ natural'r ⁊ diuine. q; insup ptãs eoꝝ data ẽ nõ in destructõꝫ sꝫ i edificatõꝫ. q̃b⁹ ꝓbe agẽtib⁹ modis similib⁹ ad ꝓtractos. si resistit iã nõ protestati sed eoꝝ imꝓbitati resistit. Scimus tamẽ q; cũ modestia magna ⁊ timore ⁊ nõ nisi cogente manifesta necessitate talia attẽptare securũ est. Quo in loco nimis delirant q̃dã iuristarũ q̃ textib⁹ suis

adeo firi/adeo pressi coherent/q ad leges naturales z diuinas fm qs adeqri humanas atq moderari necesse est nō assurgūt ¶ Deniq mixtio atq cōcursus varioz dñioz in eadē psona pape multos facit palogisare dū illa a seipō secernere vel nolunt vel nesciūt ¶ Habet itaq papa prio dñium supioritatis a xpo supra totā ecclesiaz/cū plenitudine ptātis in eis q spūale regimē ecclesie/prie dictū respiciūt ¶ Habet pterea scdo ptātē canonicā sup res ecclesie.q dicūt ip prie spūales quēadmodū sunt collatōes qdā bñficioz z iurisdictionū quasi tpaliū atq puentuū ¶ Habet tertio ptātē ex psensu tā principū pser tim ipatoz qs alioz subditoz in quadā tpaliū appropriatōe.quā ei pstat iure diuino nequaq conuenire.qm̄ et si diceret dns esse oim in tpalib/ nō tamē oimodā dominatiōem ciuilē haberet in eis.quin aliquis mod9 possidēdi eidē posset nouit aduenire/sicut de facto Constantin9 aliq modo cōtulit impiū romanū.q mō pape antea nequaq debebat ¶ Habz qrto ptātem qualē iure naturali supioz hz ad subditos ¶ His vero potestatib cōrndent sibi mutuo fruitures/ad qs obligat ex ista rū assumpta qlibet potestatū ¶ Neq enī est dñatio in quocūq pter deū/absq pporto nabili obligatōe fruitutis/pterea sicut papa est supioz oim ita oim est seru9/nō ficta humilitate sed metaphisica z mortali atq theologica veritate noīnat.vt si gloriet in dño gloriet z nō de ptāte tumeat sed timeat de anneca fruitute. ¶ Pria ptās cognoscit ex euangelijs z actib aploz/z ex eis q p successiuā relatōem eoz ad nos tāta certitudine sunt deuoluta/vt merito temerarius z scādalosus immo scismatic9 iudicetur/q ptātē hanc vel abolere vel diminuere psumpserit. De hac ptāte sunt ius conuocādi pcilia vniuersalia Jus determinādi cū pcilio qstiones fidei p modū articuloz oēs generaliter obligantiū. Correctō insup platoz inferioz z eoz si demeuerint totalis destitutio.z silia.qvel vniuersalem ecclesie statū tangūt.vel finalē supmāq determiationē respiciūt. Et hec potestas in ecclesia imobilis pseuerat. qntūcūq z psona pape p mortē naturalē vl ciuilē mutaret.aut quātūcūq z vsus talis ptātis a papa remanēte tolleret in pte vel in toto seu p ignauiā.seu p aliā.sicut possibile est iustā rōem. Christus enī optimus legislator.si nō taliter eccl'ie sue in eis q religionis sunt.puidisset.ipse policiā ecclesiasticā nō optime/qđ nefas est sentire. pstiturā reliquisset Qz z textus euāgelic9 z cōciliorū generaliū determiatio/z ecclesie vniuersalis pensus tātus z assertio. imo z ratō naturalis psupposita fide p hac supioritate tam aperte faciūt/vt cōtra euz q se pro catholico gerit negantē hoc/ magis sit destitutōe qz disputatōe certandū. Huiusmodi sunt q dicūt quēlibet in sua dyocesi esse papaz supremū.aut q plures esse papas licet vel expedit.aut q nō oporterz qrere papā vnū p ecclesiaz silēs Hec potestas tam imediate a deo collata est vt tota ecclesia illā neqz destruere.neqz noīter sl tolleret edificare valeret.ea tñ pcessa pt ad ipam quis assumi fm leges positiuo iure canonico latas.p electiōem hāc vel illā sic vel sic celebratā. ¶ Amplius vero secūda ptās pape p canonicas istitutiōes q sunt hūane z variabiles robur habet ¶ De potestates due tantū differūt vt quidā noātim ipsi greci primā concedētes. scōaz abnegēt.errant qz illi q miscēt hāc coeqtiōnē quadā cū precedēti. Eteni qs nesciat xpm z petz z successores multos absq z tali potestatiuo exercitio circa tēpalitatē ecclesie in papali culmine plene fuisse stabilitos? Ut ergo talia exercitia ad papā diuino iure saltē immediate non pertāt dicere psequēs est Magis vero de tertia potestate istō diceret.cū qua potestatez eius exercitio in conseruādo eam qm̄ pmixta ē ptās excōicationū.que iure diuino z primo cōpetit pape.subsecuta est magna turbatio z horroz quidā ecclesie nimis officiens. ¶ Demū quarta ptās naturali iure pape pueniēs habet z reqrit vt tanq z superioz z tuoz atq z seruatoz honoz et nr z iuuek ab oīb.quā ptātez posset ecclesia si deesset ordinare aut aliter pmutare sic alterius policie mos habz. ¶ Papa vero qui nec impeccabilis est neq z confirmatus in gratia.subditus est legib dīnis z naturalib.z in qbusdam ad leges hūanas obligat. Propterea si peccet/corripi pt iure diuino z naturali fraternalr. Huic enī legi diuīe subdit9 est.z si nolit corripi. pt tādem denūciari ecclesie.pstim vbi denunciatio illa ñ plus afferret detrimti qz vtilitatis.vbi pterea vitia talia eēnt q notabili

scandalo pturbarent eccl'iam. q̄ si req̄sit⁹. nolit legittime cōciliū celebrare. z nihilo⁹ minus pseueret in delictis. pt ipse haberi tanq̄ vere ptinax nō patus audire eccl'iaz Nō vero papā casus istez cōsimiles subū ciant eccl'ie tanq̄ minoz sit iure diuino. quicq̄d hūana verba sonarent. liquet ex ꝓ q̄ membrū deuiabile z potēs infici mīn⁹ est corpe residuo/ qō a sanitate nequit to⁹ tum destitui. Simil'r psona deuias regu lam habere debet z iudicē indeuiabiles. q̄ bus mediātibus ab exorbitatōe possit ar ceri. Regula hec indeuiabilis est lex diui⁹ na. Judex incorruptibilis saltē circa ea q̄ iuris diuini sunt est eccl'ia aut concilīū ge nerale eccl'iam repñtans. Porro vbi perso na pape mortua eēt/ aut morte corporali aut morte ciuili/ quā ptinacia notoria et conuicta in suo crimīe destruente eccl'iam manifestat. cōciliū generale robur haberz ex sede aplica z xpi approbatōe. q̄ in neces sitate talivellet nobis nō deesse. Hoc for⁹ te intelligūt q̄ dicūt ꝓnexionē membroꝝ eccl'ie ad vnū caput xpm/ essentialē esse et nō ad eius vicariū papā. qui est caput se⁹ cundariū. qm̄ ipso destituto/ nihilomin⁹ manet vnitas eccl'esie/ q̄q̄ referri pōt hec vnitas ad vnitatē sedis aplice que in suo formali iugiter pseuerat iuxta dictū cuius dā distinctōnis ponētis in papatu aliq̄ esse formale qō est papalis dignitas. alio materiale qō est psona dignitatē hāc rep⁹ sentās ¶ Ceterū de ptāte secūdaz z tria pa⁹ pe dicimus eā p easdez causas posse desti tui p quas exorta est. vt puta secūda p con cilia generalia. z tertia p dissensum dñoz⁹ tpalium causis occurrētibus legitimis p vtilitate manifesta ¶ Diutius spe nostra tenuit nos sermo de hac ptāte summi pō⁹ tificis. qm̄ tempestas pñs ad hoc impulit pro q̄ magis necesse est potestatē hanc ad clarū dinoscere atq̄ secernere q̄ olim ātea preserti ad videndū subtractōnis facte in stificādevel cassande rōnem/ p̄suppositis eis q̄ facti sunt. ¶ Nunc tandē de abdica⁹ tōne dominij q̄dam subiūgam⁹/ q̄stū hoc liceat vel expediat ostendēres/ z in primis rememorādū est ex prioribꝫ. q̄ neq̄ domi niū caritatis qō ab aliq̄bus euāgelicum dicit. neq̄ dominiū naturale/ neq̄ origia le/ neq̄ beatificū cadit sub abdicatōne vo luntaria z licita. De solo igit dñio politi⁹ co et coerciuo siue illō sit naturale siue di uinū siue humanū sermo habēdus ē. Et quidē vniuersali verbo dicere possum⁹. q̄ oīe dominiū tale politicū licēter in casu vel renunt vel abdicat. Et de papatu quia quondā fiebat dubitatio illa p determia⁹ tionē exp̄ssam sopita est Celestin⁹ itaq̄ re signauit/ z dignitatē quoq̄ illā btūs gre⁹ gorius z aliorū plurimi q̄stū in se fuit nō⁹ ne legūtur depulisse. De regnis pterea et alijs dominijs abdicatis certa z approba ta exempla sunt. Attamē abdicatiōes iste suis vestiri circūstantijs dñt vt fiant sicut oportet. z quādo oportet/ z autoritate q̄ oportz/ neq̄ enī ptinacicer/ z absq̄ alia le ge priuata spūssancti renitendū est supio⁹ ri sarcinaz alicui⁹ dominū ceruicib⁹ illi⁹ q̄ sibi subditus est rōnabilit imponēti. alio quin periret būilitas. periret obediētia pi ret q̄q̄ reipublice vtilitas. ¶ Ceteꝝ ab⁹ dicatio cuiuslibet dñū ciuilis z approba tionis hereditarie in ꝓprio z cōmuni. fieri potest cum merito/ sic q̄ solo vsu pio z ti⁹ tulo naturali z caritatiuo tal'r abdicās cō tentus sit. sicut dicim⁹ titulū naturalē/ ad quē conseq̄tur ius nutriēdi corpus/ sic q̄ in ei⁹ necessitate oīa sibi sint ad hoc cō⁹ munia. Nō est aut necessitas si p se possit de victu sufficienti puidere sibi per labo⁹ rem q̄q̄ et in hoc casu mendicare necessa ria vite sue/ sit res licita de genere/ que me ritoria fiet/ si nulla ex circunstantijs adhi bendis defuerit ¶ Hec aut abdicatio to talis in proprio et cōmuni/ de se plus ha⁹ bet similitudinis ad statū innocētie/ z pa trie. et priorū quorūdam heremicolarum q̄⁹ nō habeat mendicatōem de necessi tate coniūctam. Patuit hoc in heremitis qui vinebāt ex labore/ nihil tamē appro⁹ priates sibi. sed erant quasi nil hñtes/ pa rati scilz oīa relinquere prius q̄ pro eis repetendis iudicial'r aut aliter decertarēt. Stat enī abdicatio talis cū quantalibet bonorum vbertate. q̄ sibi in nullo anim⁹ paup appropriat. nec scōm leges ciuiles eadē occupat/ cū obligatōe scz vel non ad repetendū ea cum iurgio. vel aliter si rape rentur defendendū. ad hoc quoq̄ voto se se potest astringisse. ¶ Quanq̄ igit abdi⁹ catio cuiuslibz proprietatis in proprio z in cōmuni. similioz sit pfectissimus statib⁹ humane creature. nihilomin⁹ presupposi to peccato/ z mō rerū se habēdi in policia ecclīastica q̄lē exprimur/ viuere de ꝓprio et

cōmuni. videl regulariter esse status salubrior atq; securior. Itaq; multa decernunt statū. vtputa statū innocētie q̄ alteri neq; expediret vtviuere in nuditate filios procreare. nullū coercere ad bonum. & similia honestabāt naturā prius īstitutā. qua lapsa in pctm̄. cōtraria his q̄dā decent. que dā expediunt quedā exigūtur. Propterea fallax est argumentū. Status iste perfectissimis similior est. ergo p imperfectis expedientior. Aliter enī opinio socratis q̄ omnia sint cōia videret sustinēda. ¶ Qualr vero ea que habētur in cōi liceat a q̄libet suū dicere/aut quō repetere si auferātur. & similia digressiōis nimie formido suadet ne tractet. Sed et de onere plationum p tales ꝓprietarias tū iurisdictōes tū possessiones. q̄ onus impiti & inepti bonorit exoneratōni deputāt. & quousq; teneatur prelatus p talibus tuendis vel augendis iudici diuinit. vl enūciatū ē. vel enūciari ritalib⁹ exercitijs/simili ratōne ptransim⁹ pfecto diuinit⁹ vl enūciatū ē. vel enūciari potuit de tlibvenenū ē effusuz i eccīa dei

Lectio quarta

Postq; descriptiones atq; distinctōes materie necessarias. pcedentes lectōes posuerūt. tū de lege pure naturali. tum de lege pure diuina preceptiua / tum de lege solum humana. et simul oñdimus q̄ leges & quot sunt diuine. q̄ & quot sunt pertinentes ad diuinā. & que imptinētes. Supadd imus q̄d & quot modis ius & dominiū & iurisdictio vocarentur. Supesse videor vt ad declaratōem vnice cōclusiōis nostre cū suis seq̄lis differat sermo noster. ¶ Erit igit hec cōclusio ¶ Anima rōnalis sicut a deo solo inspirāte & influēte habz vitā gratie que est baptism⁹ in spiritusctō. Sic ipso deserēte solū modo/ pdit aīa vitā hmōi prehabitā. dū pceptiue legis sue puarica/trix inuenit ¶ Prima ps de se pspicua est & ante deducta in secūda lectōe ¶ Secūdam ptem suadem⁹ ex hoc q̄ alī⁹ a deo sic nō habet ptātē infundere grām sic nec eripere. Ipse prerea solus habet claues vite & mortis eterne q̄ aperit & nemo claudit. claudit & nemo aperit ¶ Ista vero cōcludunt q̄ solus pt dare precepta affirmatiua. aut negatiua sub pena mortis eterne. q̄ illaz infligere solus pt. null⁹ ergo pdet grāz nullus reatū dānatōis eterne incurrit. nisi p quanto diuine legis pceptiue trāsgressor extiterit. Ad hoc est autoritas august. describētis pctm̄ actuale cōmissiōis ꝑ Peccatū inq̄t est dictū factū vel cōcupitū contra legē dei eternā. Ad hoc inducit illud apli Stipēdia peccati mors. ¶ Corollariuz primū. ¶ Nulla trāsgressio legis natural⁹ aut humane vt naturalis est vel hūana. est de facto pctm̄ mortale. Et appellam⁹ hic pctm̄ mortale q̄ pene eterne reatū opat. Im cursum a deo iā institutū. nō q̄ posset institui. Addim⁹ prerea vt naturalis est vl humana. q̄ eadē lex talis. sepe cōicat cum diuina. patet corollariū ex pmissis. Et ex alio. q̄ lex naturalis & hūana vt tales sunt nō pñt attingere ad cognitōem eternitat⁹ in penā vel premio. non ergo ferūtur ad finem talem supnaturalem & pl⁹q̄ hūanuz ¶ Rursus frustra darent leges cū appositiōe penaz quas legislatores infligere nequirēt. immo nec de eis in foro suo cognoscere. Alioquin poterit legislator oēs ferre leges suas sub pena quātalibet possibilivel ipossibili. quā absurditatē dicere q̄s auderet? Dic est de q̄cunq; lege naturali. vel hūana. q̄ nec natura nec hoīes. plactivel principes possent trāsgressores suarū legū plectere pena dānatōis eterne. nec de ea ad examen suū p testes aut alr deducere ¶ Hac rōe fulciūt se doctores noiati. Durādus. ponēres pceptū nō posse īponi p platos aut principes. sup actibo intrīsecis et occultis. q̄ videl illos traducere nequirent ad forum iudicij sui. q̄d non nisi publicū est et de manifestis Itaq; sec⁹ age revelle/esset hoīm ꝓprium officiū ignorātium. & frustra conantiū. immo & diuinuz iudiciū temeritate culpabili dānabiliter vsurpantiū. Ex hoc cōsequēter inferūt. q̄ actus cōfessionis sacramētalis neq̄t directe cadere sub pcepto ecclie sed indirecte. dū iubet aliquid ad quod digne exequendū requritur cōfessio de lege diuina. cuiusmodi est susceptio corpis xpi semel in anno. Idē dicim⁹ de quolibet actu interiori aut de exteriori q̄ taliter secretus est q̄ publicari licite non potest per testimonium duorum aut trium. Judices vero qui de taliter secretis interrogare/et cognoscere presumunt. errant vt diximus. presertim vbi nihil aliud de publicis actibus accusat policiam suam ledentibus ex q̄b⁹ ista

secreta rōnabili ꝛ vehemēti p̄sumptōne cō/
cludāt/sicut est fama publica vita/cuiꝰcuiꝰ nec
sic eas habeat indicialiter addicere sup̄mo
supplicio nō cōuictos neq; cōfessos/dino
ad hoc obstante p̄cepto ¶ Corollariū secū
dum ¶ Nullus legislator ecclesiasticus vel
ciuilis habet directe auctoritatē p̄ceptiuaz
sup̄ istud vt interiori actu diligatur deus su
per omnia/aut qꝫ in eū speret vel credatur.
pz ex īmediate p̄cedentib⁹. Et ex cōsequenti
dicimus/qꝫ quātūcūq; legislatores intenꝺ
dant ꝙ suas leges suos subditos debere fie
ri meliores interius/ꝛ sanctiores q̄ ad diui
nū forum occultū. tales tamē intentiones sue
nō cadunt sub eoꝫ p̄cepto. Itaq; si fiant a
cus exteriores suoꝫ iussoꝝ etiā cū puersis
simis intentionib⁹ ꝛ finib⁹ occultis. nō erit
ibi transgressio hūane legis vt humana est
sed diuine. ¶ Et ita si dicā horas meas cano/
nicas cū quācūq; mētis euagatōne ꝛ nulla
attentōne. Si ieunez in quadragesima tā
tūmodo vt sanior faz/vel vt postmodū vo
raci⁹ et indevoluptnosi⁹ comedā. Si feraz
tonsurā clericalem/aut vadam dominicis
diebꝫ ad ecclesiā auditū missaz/ꝙ vana gl̄ia
aut fraude alia. Similiter de alijs actib⁹ ex
trinsecis p̄ceptoꝝ. ago quidē male apud
deum peccans in legem suā. me tamē pro
transgressore humanoꝝ p̄ceptoꝝ null⁹ ac/
cusabit. Et ꝫ accipiūr fundamentū dicētes
qꝫ in casibus p̄missis nō teneretur aliquis
horas iterare/sicut nec aliā missaz audire ꝫ
sufficit de pcō in deū p̄misso cōteri cōfiteri
ꝛ satisfacere ad arbitriū cōfessoris. Hec aūt
sententia mitis est ꝙ scrupulosis/circa hūa
noꝝ obseruationez p̄ceptoꝝ/quos iugi/
ter inquietat ꝓsciētia de iterādo si id qō fa/
ciunt non semp attente ꝛ deuote perficiant
¶ Corollariū tertiū ¶ Stat simul aliquē
obseruare p̄ceptū humanū et tamē pecca
re mortaliter sicut aliqs merēdo apud deuz
poterit humani p̄cepti violatoz accusari
Patet p̄mū in casib⁹ p̄cedentib⁹ vbi fit actus
p̄cepti humani ad finē puersum ¶ Patz
secūdū vbi aliqs habens excusatōnez suffi
cientem interius de qua tamē nō potest fa/
cere fidem exterius. omittit aliqd de opib⁹
p̄ceptis ꝙ ecclesiam/quē admouū dānatur
ab ecclesia ille q̄ ñ vult redire ad societatez
mulieris/quā ficte desponsauit in facie ec/
clesie ¶ Sed obiciꝰ per illud apl̄i. deus
qui iustificat/quis ē qui cōdemnet? Respō
demus qꝫ alio ꝛ alio respectu deus ipe insti
ficat/et condemnat. vult q̄ppe legislatores
publicos de publicis tatūmodo sententia/
re. ꝛ ad iudiciū suum occulta reseruari. pro
pterea idem opus sicut est occultū ecclesie/
ꝛ manifestū deo. sic aliter et aliter poterit iu
dicari. ¶ Sed iteꝝ fortius opponit. Nul/
lum est iudiciū rectū nisi pro quāto diuine
legi conformatur qō est dictamen p̄me re
gule et recte rōnis Quis aūt dicerit diuinā
legem falsam esse aut quis dictamē recte ra/
tionis crediderit erroneuz. vt igit quelibet
lex vera sit necesse est aut si falsa erit. lex non
erit. Est aūt falsa ratio/dum iudices errant
vt qꝫ petrus quē supponimus apud deum
innocentem sit ꝙ homicida cōdemnādus.
ꝛ qꝫ petrus sit compellendus reddere debi/
tū nō vxori sue/qꝫ existens in caritate. ꝛ ex
hinc de societate sanctoꝝ sit excōicatus.
Sentit hoc idem deuotus Bernardus. in
de p̄cepto ꝛ dispensatōne. qui simplicē ocu
lū quo totum corpus opatōuū lucidū fiat
dicit oportere rectum et verū esse/qꝫ nec ve
ritas sine recta intentōne/nec recta intētio
sine veritate sufficiūt. alioqui nō inculpa/
set apl̄s quosdā qui habebant zeluz nō fm
scientiā. nec ꝑs cōdemnasset interfectores
martyrum./qui arbitrabant̄ se obsequiū p/
stare deo. ¶ Huic oppositioni rsponden
tes concedimus p̄o regula/qꝫ nullū dicta
men p̄riculare p̄racticū q̄ imperatur actio/
est rectū nisi simul in veritate subsistat. Sz
qm̄ ex falsis bene sequitur verū. concedim⁹
multa esse iudicia practica vera que ex fal/
sis deducunt. Exempli gratia fiat hoc argu
mentū. omnis homicida p̄ris est suspenden
dus petrus est homicida p̄ris. ergo petrus
est suspendendus. Maior est lex humana
vt supponitur. minor ꝓbata est ꝙ falsos te/
stes/qui tamē repelli non possūt vt etiā sup
ponitur. ꝛ conclusio sequens est dictamen
istud. petrus his stantib⁹ est suspēdendus
quod vtiq; verum est/apō concedētes igno
rātiaz inuincibilez in eis que facti sunt aut
iuris humani. ¶ Altera est responsio ꝛ fo
sā rōnabilioꝝ magꝝ ad itētōnez bti Bernū
dicens minorē p̄cedēt⁹ silogismi aut alteri⁹
silis ñ ee istā. Petr⁹ ē homicida sz istā Petr⁹
ꝓbat homicida ꝙ testes incōuincibiles de
falsitate/ꝛ hec vera esset apud eos sicut ma
ior. Si igitur conclusio vera sit taliū null⁹
mirabitur Verūtamē hoc loco ꝙ diuersita
te opinionuz de ignorantia si sit inuincibi/
lis aliqua. aut si nulla essent cōsequēter va/

rietates reſponſionũ. Et q̃quid ſit de ig̃/rantia facti aut iuris humani ⁊ naturalis poſitiui/cõcors eſt ſnĩa. Nullã in his q̃ legis diuine ſunt cadere ignorantiã inuincibilẽ. qm̃ facienti quod in ſe eſt deus ſemper aſſiſtit paratus illuſtrare mentem/ q̃ntum oportebit ad ſalutem ⁊ erroris euitationẽ Quo circa palã eſt ratio cur martyriſantes apoſtolos credendo ſe p̃eſtare deo obſeq̃um/oculum ſimplicem non habuiſſe culpantur. ſicut nec illi quos apoſtolus arguit habere zelum non ſm ſcientiã. ¶ Juxta hec aperitur intellectus ad cognoſcendum/ ſi fides inclinare poſſit ad falſum ⁊ charitas ad malũ. Conſtat q̃ nõ ĩmmediate et ſub falſi ⁊ mali ratione. Sed an mediate conſideret ſtudioſus inquiſitor. ¶ Et incidẽti dicim⁹ q̃ nullus fidelis credit articulos de futuro cõtingenti ſic abſolute/ quin ſciat deum id poſſe non facere. Deus ergo ſi per potentiã abſolutaz faceret nihil fore futurũ. nõ videtur ex hinc aſſenſus fideliz falſificari/qui potentiã nõ abſolutã ſed ordinatã iuxta legem datam intendũt/ quem admodum falſe nõ fuerũt aſſertiones Jone ad Niniuitas et Eſaie ad Ezechiam. nam ſubuerſio ad demerita Niniuitarũ/ ⁊ mors Ezechie ad curſum nature cõmuniſ referebantur. non enim miſericordiaz dei ad correctos. ⁊ potentiaz ſupra curſum nature bi ꝓphete ſecludebãt. Jta nec catholicorum fides excludit potentiam dei abſolutam. ad non faciendũ ea que fieri ordinata eius potentia ſtabiliuit. ¶ Corrollariũ quartũ. Omiſſio horarũ canonicarũ/ trãſgreſſio ieiuniorũ eccleſiaſticorũ/ ⁊ generaliter omniũ ſtatutorum ⁊ regularum ⁊ canonum nunq̃ eſt mortale peccatum/ niſi p̃ q̃ſto diuine legi p̃ceptiue diſſonans inuenitur. Et ita q̃ntum ꝛ aliqua habet admiꝛtum de lege diuina p̃ceptiua/ tantundẽ ⁊ non amplius eſt eius tranſgreſſio mortaliter vitioſa. Quã obrem decernere de legibus omnibus manifeſtuz eſt ſpectare principaliter ad theologiam/ velut ad ſcientiã ſuperiorẽ/ ⁊ architectonicã. q̃tinus recta ratio ſeparet illud quod iuris diuini eſt ĩ eis ab illo quod humanũ eſt ſiue poſitiuum: tanq̃ ſi aurifaber peritiſſim⁹ ſecernat auꝛ ab argento. et argentũ a plumbo. Et quoniam multi hãc p̃cipuã artificẽ theologiam vel ignorãt vel negligũt vel ſpernũt/ q̃ tñ de ſeipa dicit legũ ꝓditores p ea iuſte decernere. iõ turbationes in politijs ⁊ ꝓſcientijs ſepe oriri cõpertũ eſt Jdcirco p̃terea legiſlatores eccleſiaſtici ⁊ ciuiles plerunq̃ ſua poteſtate ⁊ autoritate noſcuntur abuti. p̃ſertim eccleſiaſtici illi qui. quicq̃d ordinãt quicq̃d monent. quicquid p̃cipiunt/ volũt ꝓ diuinis legibꝫ haberi/ par equale quoq̃ robur habere/ p̃ interminationẽ damnatõnis eterne. Neq̃ tñ accuſauerim oẽs legiſlatores taliter ⁊ talia loquẽtes. Preſumo enĩ q̃ ad rectã regulã ⁊ diuinã ſapiam ſermones ſuos voluerũt gloſari. interꝑtari. ⁊ recipi. q̃ ſi nõ hoc intenderũt ꝓnuncio nõ ego ſed apl's/ q̃ nihil pñt ꝓtra veritatẽ/ ſed neq̃ ꝓtra charitatẽ. Deniq̃ ſuũ eſt talib⁹ vti verbis in ſuis inſtitutionibus/ q̃ a vero neq̃ deuient/ neq̃ ſimplicioribꝫ ⁊ ignaris timores ⁊ ſcrupulos vanos ingerãt/ ſ̃q̃ vicz ipſi ligent vbi liberi ſunt. tanq̃z p̃terea graui iugo premant vbi ad leue iugũ ⁊ ſuaue vocauit eos xp̃s ¶ Corollariũ q̃ntũ Et hoc q̃ aliquis peccaret mortaliter trãſgrediẽdo ꝓhibitiones aliquas humanaꝝ traditionũ/ nõ ſufficienter concludit q̃ ille conſtitutiones obligẽt ad mortale delictũ Declarabimus iſtud argumentantes a ſimili vel minori. Sit aliquis peritus medicus ordinatus p̃o republica. dicat ille Pete do tibi legem p̃ tua ſanitate quam ſi tranſgreſſus fueris ſtatim diſſoluetur corpus tuum/ quod eam conſeruando conualeſcet. Non bibas vinum purum hoc triduo. Nullus neſcit q̃ medic⁹ vt medic⁹ caret facultate cõdendi leges obligantes ad peccatuz mortale. ⁊ tñ in caſu/ tranſgreſſor huius legis ſue damnationem incurreret. Poneretur ſimile in materia de ebrietate aut furie periculo. Si medicus denunciet ignorantibus. tale vinũ ne biberitis alioquin vel in ebrietatem vel furiã incidetis. quis neſcit tranſgreſſores temerarios criminaliter delinq̃re. nõ q̃dem ꝓpt medici p̃ceptũ/ q̃uis in caſu ſi ñ ita p̃cepiſſet nõ peccaſſent excuſante eos ig̃rantia. Sed quia ꝓuaricatores ſunt horꝝ p̃ceptorꝝ diuinorũ ⁊ ſimiliũ. nolite inebriari vino. nolite vos occidere ⁊c. Nõ p̃ius diſſimiliter eſt in ꝓpoſito. q̃uis cĩ leges hũane ⁊ ciuiles vt tales ſunt. ſunt ſoluz ꝓ ordinatõe policie hũane eccleſtice vel ciuilis in eis q̃ corpus reſpiciũt/ ⁊ ita ſolum merentur punitionem tpalem violatores earũdẽ/ ⁊ obſeruatores p̃emio temporali donant. Nihilominus

ex consequēti ꝛ mutua colligatione ac mi/
xtione quā ad leges diuinas habent/resul/
tat crimē faciēs reos eterne dānatōis ipos
ꝓemptores. ¶ Corollarium sextū ¶ Si
aliqua lex humana canonica vel ciuilis ñ
possit concludi ex lege diuina nisi coassu/
mēdo ꝓpositionē vel ꝓsequētiam legi diui/
ne imptinentem. consequenter imptinens
est. An transgressio illius legis sit mortal.
an non mortalis patet ex precedentibus.
Nō si quis prelatoꝝ vellet huiusmodi le/
gem aut diceret habere robur legis diuine
sibi fas eēt per theologos aut alios hoc co
gnoscentes resistere in facie ꝛ dicere ꝙ nō
recte ambulat ad veritatem euangelij. Et
quo amplius videtur non esse securum af/
serere tot leges ꝛ canones ꝛ regulas quot
reperiuntur omnes obligare ad peccatum
mortale/tum ex multis causis inferius assi
gnandis. tuz nominatim ex eo ꝙ multe hu
iusmodi ꝓstitutiones imptinentes sunt le
gi diuine/que in euangelijs cum suis expo
sitionibus sufficienter tradita explicataq;
est. ¶ Et hic notandum est/pro resolutiõe
materie fin quam resolutionem omnia di
cta ꝛ dicenda volo intelligi. ꝙ precepta af/
firmatiua ōi/q;uis obligent ad semper/ñ
tamen pro semper/vt ē communis regula
magistroꝝ. Obligant ergo sub quadaz
disiunctione ad hoc faciendum vel illud. p
isto vel illo tempore/put casus incidit ꝛ sa
piens determinabit. Sicut exempli gra/
tia. Occurrentibus duobus in extrema ne
cessitate famis quorum soli possum succur
rere. teneor succurrere isti vel illi sub disiun
ctione. ꝛ non ambobus simul. Et quoniā
in cōmunitate christianoꝝ pauci sunt qui
scirent iudicare de tempore certo/quādo p
cepta affirmatiua faciēda sūt. Propterea
plati qui sapiētes sunt limitant illa prece/
pta tanq;ꝫ sub quadam disiunctione obli/
gantia/ad certa opera ꝛ tempora determi/
nata. Exempli gratia. Lex diuina vult vt
aliquādo cultus latrie exterior deo ꝓsolua
tur. ne igitur peccatent homines aut p ig/
rantiam/aut p desidiam ꝛ inaduertentiam
limitauit eccia certū temp9 ꝛ certū modum
exequēdi preceptū istud scz diem domini
cum/ꝛ cessationem ab opibus seruilibz. et
misse auditionem. Quo adimpleto imple
tū est preceptū illud affirmatiuū. ꝙ si pec/
cat quis mortaliter transgrediendo limita
tionē istā eccie. hoc nō est ꝓprie ex hoc ꝙ ec
clesia sic ꝓcepit. sed qz sic limitare expedie/
bat p cōitate. Et iam hō fit ꝓtemptor diui
ni ꝓcepti ꝛ suoꝝ iupioꝝ quibz spōte se sub
misit/aut sūmittere debuit p vtilitate sui ꝛ
cōitatis cuius est ps. q;uis adhuc in talibz
limitationibus q̄dam adducūt magis ad
quandā decētiā quā ꝓcepti necessitatē. Et
nō pōt vniuersaliter dari regula nisi vt eq̄/
tas q̄ a phis dr epykeia iudicabit vez est ei
illud psalmiste. Omnia mādata tua equi/
tas. ¶ Corollariū septimuz. ¶ Nulla lex
appellanda est/neq;ꝫ ferenda tanq;ꝫ necessa
ria ad salutē eternā/q̄ nō est de iure diuino
in aliquo q̄uor graduū/quos lectio prece
dens exposuit. Oppositū sentiēces aut fa/
cientes moliunt iugum imponere grauissi
mū sup ceruices hoim/ꝛ spargere laq̄os pe
dibz eoꝝ lapidē ꝛ scādalū. Quāobrē theo/
logia q̄ est lex euāgelica. dicā melius eius
doctric ꝛ explicatric/dz in oibz ꝓcedere pla
tos eccliasticos i suis ꝓstitutōibz ꝛ decretis
ne vel obsint ꝓcept9 dei ꝓpt multitudinē one
rosā/iuxta ipz operiū xpi factū phariseis. vl
ne credant ligare ad penā eternā vbi pena
ciuilis sola repit. Doctrina hec ꝓcipue lo/
cū hz in materia excōicationū late snie. nā
q̄ p solis incōmodis tpalibz euitādis/aut
cōmodis politicis ꝓquandis/eternā vult
infligere mortē cui q̄so silis erit. Illi nimi
rū q̄ volēs abigere muscā a frōte vicini/eā
securi pcutiēs vicinū stolid9 excerebrauit
Aut ei parē dixeriz q̄ studēs curationē mo
dici vulneris in pede eq̄ sui/pedē cōfestim
abrupit ꝛ scidit/equūq;ꝫ pemit. Sola ita/
q;ꝫ ꝛtumacia va vl ꝓsumpta renuens stare
iudicio eccie/reddit hoiem. p xpiano se ge/
rentē dignū excōicatione. Nā si pat9 est au
dire eccīam q̄liter velut ethnic9 nob erit et
publicanus? Pozro differt plurimū qua/
lis est contumacia/ꝛ q;ꝫ damnosa eccleſie/
p q̄ materia/ꝛ circa quā incurritur/. Nam
peior est contumacia in materia fidei ꝛ reli
gionis/q;ꝫ pusille questionis de paucis de
narijs. vbi nunq;ꝫ tantum. p dest obediētia
q;stū obest excōicatio sepatiua a spiritalibz
suffragijs ꝛ societate sanctoꝝ. Ita vt longe
mitior sit pcessus qui fit in curijs secularī/
bus per punitiones corporales seu tempo
rales/q;ꝫ vbi per prelatum prescindi que/
ritur anima a deo vita sua/ꝛ dari sathane
in interitum. non solum carnis sed spiri/
tus/ne iam saluus fiat ab aliorum auxilijs
destitut9 ¶ Corollariū octauū. ¶ Occur

Occurente dubio/pbabili de aliq̄ lege vtꝝ diuina ſit aut diuine connexa ſeu ptinens tutius eſt legē illā/p diuina ſuſcipe cꝫ/p humana negligere. Tene certū ꝫſulit Aug⁹/ꝛ dimitte incertū. ¶ Eſt itaq; regula mgra/lis/q; exponens ſe diſcrimini peccati mortalis peccat mortaliter/ꝛ hāc fundat dictū ſapiētis. Qui amat piculum pibit in illo/ Nō tū de oi dubio ſed pbabili ꝛ vehementi hoc vez eſt. Totā in h̄ loco materiaz de ꝫſcia erronea/quō ligat ꝛ quō nō. Et de pplexitate an ſit poſſibilis/ꝛ de ſcrupulis q̄/modo fugādi ſunt aut deponendi/tractare ptinens eſſet/niſi q; alium locū hūt ꝛ ad euentū feſtinam⁹. Hoc vnū generale dam⁹ documentū credere ſcilicet faciliter ſapientiozꝫ ꝛ bonozum iudicio/ꝛ contra communes eozꝫ ſniaſ/non leuiter ſibimet formare ſcrupulos anxios/ꝛ timidos. Falloz ſi non ita iubet ſapiens. Fili ne innitaris prudētie tue/ꝛ rurſus. Noli tranſgredi terminos quos poſuerunt pres tui. Hoc precipue neceſſariuz eſt apud religioſos/reſpectu ſuperiozꝫ ſuozꝫ. hoc ꝛ apud ignaros diuinarum legū/quin etiam iuniores cꝫcꝫ theologicis lris imbuti talē debent reuerentiaz ſenioribꝫ in q̄bus vita cum ſcia ꝫcordarūt vt vix/ꝑter aliq̄s nouas ſuaſiones cꝫtum/cunq; apparētes/ptinax vnq̄ feratur cito cōtra determinationes eozundē aſſertio. virtus q̄ppe q̄lem bēāt genitā ex multis experientijs. lōge certi⁹ arte iudicat ꝛ opatur Porro iudiciū rationis ſicut obtenebraf/ꝛ luminoſa eius radiatio diuerſis vitiatur apparentijs p interpoſitionē nubiloſaruz paſſionū ꝛ prauozꝫ affectuū etiā in lr̄atis. iuxta ſilitudinē ſolis viſi p nubes. Sic p paucā inſtructionē intellectus in ſcientijs pſertim diuinis/cauſanf nō nunq̄ erroreſ in eis qui ſe totos deuotioni tradere credi/derūt/dum voluerūt plus ſapere cꝫ ſibi ſatis erat. ¶ Ad pns cozollariū inducamus exemplū iam inductum de medico / cuius conſilio aliquādo parere debem⁹ ſub pena peccati mortalis. dū ex trāſgreſſione ſui cōſilij/vel ſcim⁹/vel pbabilr ꝛ vehemēter credimus/nos inebriandos/ꝛ ꝫſeq̄nter trāſgreſſuros legem dei.

Cozollarium nonū

Saluberrimum eſt ſapientis documētum q̄ ait. Que tibi p̄cipit de⁹/illa cogita ſemp/ꝛ in pluribꝫ opibus eius ne fueris curioſus. Ateni ꝑter ignorantiā diuinozꝫ p̄ceptozꝫ/quā plerūq; gignit ſupuacua occupatio circa traditiones hūanas/aut curioſa inueſtigatio rez penit⁹ inutilium ꝫſurgunt ex ꝫſequēti faciliter trāſgreſſiones diuine legis/q; ſi h̄ dānabile ſit ap̄ oēs/cꝫtā p̄coz dānatione ſibimet accumulāt culpabiles in h̄ vitio vel eccleſtici rectozes/vl̄ religionū/pfeſſozes. Mirat⁹ ſum aliq̄n h̄ ratione ipſi eccleſtici pſertim ordinati/ꝛ religioſi/phibentur a ſcia medicie/ꝛ nō remouent de facto a ſtudio traditionis hūane/ Hā coz p⁹ lōge meli⁹ eſt cꝫ terrena ſuba/cui traditiones iſte deſeruiūt/q; ſi p alios/cozpus poteſt curari/nōne ſimiliter p vicarios ꝛ alios de eccl̄ia ꝫemptibiles put iubz apl's poſſent tpalia miſtrari. Nōne ſanct⁹ eſt eccleſtic⁹ p ſe deo fuire/ꝛ mūdo p vicariū/cꝫ ordie ꝫuerſo imo ꝫuerſo vicarijs cōſtitutis/p ſpūalib⁹/ſeipm negare deo/ꝛ tradere totū mōdo? Prozſus ita.

Cozollariū decimū

¶ Veritates oēs vniuerſales ī / q̄b⁹ fūdat legiſlatoꝝ hoim ptās/ſonāres q; parē hūt auctozitatē traditiōes ſue cū lege diuīa ꝛ q̄ eas ſpnit/deū ſpnit ꝛ do rſiſtit/neccario dñt intelligi/ſi et qñ ptāte ſua nō abutūf/ꝛ duz legib⁹ diuis ſufficienter innitūf. Auctozitates q̄z ſanctoꝝ/ꝛ canones pōtificū ſūmozꝫ quotcūq; allegent/ſicut ꝛ abſcꝫ nūero pñt induci/nihil aliud pñt ꝛfirmare. ¶ Quāobrem dicim⁹ p regula/cꝫtum ꝛ cliter licet dubitare de poteſtate alicui⁹ ꝑter defectū debite electionis ſue aut abuſum ſue auctoritatis/tantundem ꝛ taliter licet dubitare de obligatione traditionum ſuarum/vt ſue ſūt p̄ciſe ¶ Addimus adhuc q; nulla traditio vel regula vel lex vel determinatio puri hominis qui in talibus fallere poteſt ꝛ falli/obligat/vt p̄ciſe talis eſt / ſubditos ad credendum eam tanq̄ veritatem fidei/aut diuinam legem/licet obligare poſſit ſub pena politica/ad exteriozem eius receptionē ꝛ ad non impugnandum eam. ¶ Exinde patet via ad inueſtigandum ꝑticulariter/ quid operentur determinationes ſummorum pontificum. quid condemnatiōes articulozꝫ pariſius vel alibi facte. Poterit ſiquidem fieri vt abſcꝫ peccato mortali imo cum merito magno ſit aliquis theologus vel alius prudens/qui diſſentiet cozde ab humanis determinationibus aut traditio

nibus/qui tamen obligabitur ꝓpter euita/
tionem scandali/vel aliter non repugnare
exterius. Nam potest aliquarum publica/
tio veritatum phiberi/ꝛ aliquarum falsita
tum dogmatisatio permitti. ¶ Volumus
tamen vt notetur vigilanter modus loquē
di nostri/de traditionibus hominū vt tali
um ꝑcise sunt/q̄ fallere in illis ꝛ falli possūt
quoniā determinationes ecclesie vniuersa
lis in eis que fidei sunt/ab hoc numero se/
cludūtur/in quibus nec fallere potest nec
falli. Fieri quoq; potest vt determinatiōes
aut leges humane participent cuz diuinis
ꝛ hac ratione eas esse pro diuinis suscipiē/
das nescit nemo ¶ Sequitur deinceps q̄
sicut ad fidem/ita ad legem diuinam prece
ptiuam nō posset aliquis prelatoꝝ quicq̄
adiicere. quod non esset prius de fide vl̄ le
ge diuina/q̄uis non esset hoc auctoritati/
ue declaratum/aut hūano ꝑcepto sancitū.

Corollarium. xi.

¶ Traditiones ecclesiasticas ꝛ hūanas/si
cut fatuū esset omnes ꝓ lege pure diuina su
scipere. Ita nihil in omnibus velle de diui
nis legibus agnoscere nequaq̄ scandalosa
temeritate vacaret. Secunda pte q̄ notis/
sima est ꝛ concessa ab omnibus indiscussa.
Ad p̄mam ptem inducamus id sapientis.
Noli esse nimis iustus/q̄ qui nimis emū/
git elicit sanguinē. Et vt terētianū ꝓuerbi
um est/ Nōunq̄ summū ius summa iniu
stitia fit/ꝛ sic esse i ꝓposito plane docebim⁹
Hec audiat ego sed christus. q̄ mandatum
dei dixit phariseos fuisse trāsgressos ꝓpter
mandata hominum. Dixit insup eos alli/
gare onera grauia ꝛ iportabilia ceruicib⁹
subditoꝝ/ꝛ claudere eis regnū celoꝝ Ve/
rū ē q̄ppe illud Julij cesaris apō salustiuz
vbi intendentis ingeniū valet/a qua sentē
tia vulgatus versus non discordat Pluri/
bus intentus minor est ad singula sensus/
Subditi vero simplices ꝛ timorati quan
do tot traditionibus intendere compellun
tur a supioribus suis/quid mirū si minus
capaces redduntur diuinorum preceptoꝝ
qz ꝛ minus in eisdem edocentur. nunquid
nō acerrimo supplicio aut acerbissima ob
iurgatione punietur quādoq; ꝓ puula ino
bediētia legis hūane/ꝛ absq; omi rep̄hen/
sione peccare q̄tidie cōtra legē dei enormi
ter ꝑmittet. Nō bēmus necesse exēplis im/
morari crebriora cernim⁹ q̄ vellemus.

Ex his elicio ꝓ doctoribꝫ theologicis do/
ctrinā salubrē/ne sint faciles asserere actio/
nes aliquas aut omissiōes eē peccata mor
talia/ꝑsertim sub verbo vniuersali/ꝛ dum
p̄dicandū erit ad populū. a lr̄ato quodam
ꝛ exꝑto viro accepi ꝑniciosaz eē in omni ar
te vel doctrina assertionē audacē ꝛ extremā
maxime vbi obseruatio cōis obnititur ob/
uiatq;. Itaq; debet q̄libet nunq̄ obliuisci
q̄ incerta est sciēcia nostra/ita vt idem sepe
homo breui mometo tp̄is/nūc in hāc nūc
in oppositā feratur suiam. Fit ꝑterea qñq;
vt ꝓ tales assertiones publicas nimis du/
ras generales ꝛ strictas/ꝑsertim in non cer
tissimis/nequaq̄ eruūtur boies a luto pec
catoꝝ/sed in illud pfundius qz desperati⁹
immergunt. Varie ꝑterea subortiūt ꝛ qua/
si infinite circūstantie ꝓ quaruz diuersitate
diuersificari debet iudiciū/ita vt vix possit
aliq̄ in moribꝫ generalis regula tradi/q̄ in
particularibꝫ casibus exceptionem nō ad/
mittat. Deniq; generant ex hinc scrupuli
inq̄etatiui ꝓscientiaꝝ simpliciū/vt in eis
sit solidum nihil. Nam ꝛ si beatus vir qui
semp est pauidus ꝛ qui veretur omnia opa
sua. obseruandum est tamē summope illō
terentianū ne quid nimis. Et vt idem loq̄
tur ne in scirpo nodum querant ne quoq;
eis imꝓperetur/illud eiusdez. Quid si ce
lum ruat? Demum quid prodest imo quid
non obest coartare plus iusto mandatum
dei quod est latum nimis? Quid insuper
expedit amarius grauiusq; illō reddere iu/
gum christi/quod suaue est ꝛ onus eius le
ue? Nam ꝛ si contemptus ex hac laxatione
ꝛ dulcedine apud quosdam imꝓbos ma
ior oriatur/habentes velamen malicie lib̄
tatem. Ast apud alios bene institutos/gra
tiarum resonabunt actiones. Prestabitur
etiam sedulius obsequium domino/ꝛ pri
tante manuetudinis cuius mandata gra/
via non sunt/ꝛ qui vult nos non temptari
ꝛ non grauari supra id quod possumus

Corollarium. xii.

¶ Sicut pene restringende sunt/ita leges
humane grauiter penales/non sunt absq;
manifesta vtilitate multiplicande. In pri
ma pte Decoris est omniū iuristaꝝ traditio/
quos tm̄ aliqñ mirat⁹ sum/duz eos audiui
rōnem reddētes/cur nomē h̄ excōicationis
si solū ponit maiorem significat excōicatō
nem. Excōicatio inq̄unt nō pena est sz me

dicina. At vero ſi excõicatio non' eſt pena quid aliud penã appellabim⁹? ℟. Neſcio vere. Nõ ſolũ pena eſt ſed dãnoſiſſima pena. Nec obſtat huic dicto/ q̃ medicinalis eſſe debet. ℔ nempe. ꝓuiũ eſt omiſ pene p̃ſertim nõ exterminatiue. ¶ Secunda ps̃ ſe/quẽs ex p̃ma iũctis ꝓuib⁹/ꝓdemnat eos q̃ tanta leuitate ne dicã temeritate/fulminãt excõicatões/ℨ irregularitates/cũ innũerabili mltiplicatiõe ſtatutoꝝ/q̃ vix aliq̃s nõ dicã adiplere: nõ dicã retinere/itelligere/ℨ ꝓcurare. ſed vel legere tota vita ſufficeret Vtinã attẽderem⁹ oẽs/ℨ imitaremur benignitatẽ ſaluatoris nr̃i dei. ℙoterat neceſſ dubiũ/exigere a nobis iuge ſuitiũ in p̃ceptis lõge pluribꝫ grauioribuſq̃/ſed ꝓdeſcẽdens fragilitati nr̃e/certũ ℨ paucũ numeꝝ dereliquit p̃ceptoꝝ/q̃ ſi cõpleuerim⁹/q̃q̃ inutiles ſui ſum⁹. ſeruant a morte. Et q̃c quid ſupererogauerim⁹? ꝓuertit ad deletionem p̃cedentiũ delictoꝝ. aut cumulata gloria remunerat. Teſtatur ſapiẽs p̃timorem dei hominẽ recedere a malo. Ita ſane meliꝰ. q̃ p auſteritatẽ hũanarũ legum. Nolumus tũ nec debem⁹ inculpare deuotionez religioſoꝝ. qui perfectionis viam aggreſſi tanto p̃cepta diuina diligẽti⁹ implent. q̃to ꝓſilijs ℨ alijs obſeruationib⁹ ſalutiferis ſemet aſtrinxerũt. Sũt fatemur vincula taliũ/alligatura ſalutaris/q̃ruz diſcret⁹ vſus nõ impedit ſed expedit gradiẽtes viã mandatoꝝ dei. Attñ q̃ poteſt capere capiat/q̃ non omnes capiũt verbum iſtud. Idcirco aliud de cõitate hoim/aliud de paucitate eſt iudicium.

Corollarium. XIII

¶ Dis lex humana vel poſitiua/põt abrogari in eo q̃ non neceſſario p̃ticipat cũ naturali ℨ diuina. Hec aũt abrogatio fit/vel p ꝓſuetudinẽ oppoſitã/iuxta qõ dicunt iuriſte ℨ verꝝ eſt/q̃ ꝓſuetudo eſt optima legũ interp⁹es. Nec vnq̃ dicenda eſt corrupтela. niſi vbi legem diuinã aut naturalẽ ledere ꝓuincat. Nam ſicut ꝓſuetudo dicitur altera natura/ſic lex ꝓſuetudinalis quaſi lex naturalis habẽda eſt. Fit etiã abrogatio p expꝛſſam aut interp̃tatiuã reuocationem facta ab illo q̃ condẽdi habuit poteſtatem Fit deniq̃ abrogatio cauſa mãifeſte damnoſitatis ſi lex illa fuaret. ℙatent hec omnia ex deſcriptione ℨ cõditionib⁹ legis bone/qm̃ honeſta eẽ debet. iuſta. poſſibilis. iuxta naturã ℨ cõſuetudinẽ p̃rie. loco. tẽporiq̃ ꝓueniẽs. neceſſaria. vtilis. ℨ manifeſta vt hẽtur ex dictis Iſido. ¶ Ex his liq̃ de cõſtat q̃ temerariũ eſt/ℨ iniquuz velle oĩa decreta ſiue eccleſiaſtica ſiue ciuilia/ad omne tp⁹/ad omnem gentẽ/ℨ patriam extẽdere. quoniã lex q̃ p⁹o vno tp̃e ℨ loco aut p̃ſonis eſſet vtilis/eẽt in alijs tp̃e. loco ℨ p̃ſonis impoſſibilis aut dãnoſa. imo velle ſic oĩa ſtatuta ſtabilire/hoim eſt deliranti⁹/ℨ q̃ſi ꝓtendentiũ vt oppoſite leges ſimꝰ obſeruenꝰ. Dic fundãt ſe q̃ dicũt nõ ita expedire vnũ imꝑatorẽ dñari oĩbus ciuiliter/ſicut vnũ papam ſpũaliter/qm̃ lex fidei vna eſt apud oẽs. nõ ita leges fori. ℙretera poſitũ eſt in decretis diſti. iiij. q̃ leges inſtituunꝰ cũ ꝓmulganꝰ. firmãtur cũ moribus vtentuum' approbantur. Igitur per argumẽtũ a ꝓtrario ſenſu. Si moribꝫ vtentiũ nequaq̃ approbanꝰ/ille nulluz hñt firmamentũ. ℨ ita ppl's habet mltũ in ſua poteſtate dare robur legib⁹/aut tollere/ p̃ſtim ab initio. ¶ Sũt aũt hic queſtiones difficiles q̃les. ſ. debeat eẽ ꝓſuetudo ad abrogãdũ legẽ aliquã/ℨ q̃nti tp̃is. Etſi poſſit conſuetudo introduci cõtra legẽ illã/quã cũ renouatione iuramẽti q̃libet intrãs aliquaz policiã. p̃ſitet/ℨ q̃d ſit interp̃tatiue renouare (al's reuocare) ¶ Dicim⁹ aũt q̃ vbi ñ eſt taxatũ tp⁹ a legib⁹ alijs/dz fieri abrogatio ꝓut ſapiẽs iudicabit/nũc tardi⁹/nũc citiuſ iuxta neceſſitatis aut vtilitatis q̃litatẽ.

Nob inſup dicendũ videt/q̃ mlte ſũt inſtitutiões ad q̃z obſuatões videt oẽs ſe q̃ſtidianis iuramẽtis aſtringere q̃s tñ obſeruare ñ tenenꝰ/non q̃ piuriũ ſit licituz/ſz q̃z iuramẽta talia ſũt ſp̃ itelligẽda ciuiliter. ꝓdoꝛũ exẽpla ſumere poſſum⁹ i p̃clara vniuerſitate piſien/ℨ in eccia alijs collegijs. Conſtat q̃ nouit intrãtib⁹ dictã vniuerſitatẽ vl collegia/legũ explicite ꝓſtões aliq̃ int' ceteras q̃ nullaten⁹ obſeruanꝰ. Quib⁹ lectis petit ab eis. vultis iſta iurare? Qui ñdẽt. ita iuro. nec aliq̃d excipiũt/q̃ ſi q̃s dixerit oẽs p̃ntes tam eos q̃ exigũt/q̃ illos q̃ p̃ſtant iuramentũ/criminaliter deficere. videat quõ tot ℨ tales ſumme lr̃ature ℨ pbitatis viros/poſſit abſq̃ temeritate dãnare ℙropterea in oĩ iuramẽto vt ꝓditões multe ſubintelligãt nec̃e eſt. ¶ Primo in oĩ cõſtitutione per ſupioꝛẽ edita/reſeruat ſp ei⁹

ne prodit exaltatiõez dñi tonso capite/z scis sis vestibus adorauit/pnus in terram/dñs inqt dedit/nõ fortuna vel fatuz/dñs abstu lit nõ diabolus Deus recepit qõ suũ est/ce do libens plus bñs in hoc vere virtutis q̃s si pauperib⁹ erogasset. qz minus vanitatis/ ¶ Job si ad tropologiam ly violẽta pditõ referatur/nõ pdidit vitã totam filoz et fili arũ/qm̃ filij moraliter sunt septẽ dona scti spũs/filie vero tres theologice vrtutes/sed nec domus honestatis vite q̃ttuor angulis totidẽ virtutũ cardinaliũ funditus euersa est/alioquin nõ mãsisset iustus nec gratias de pditis vrtutib⁹ z donis retulisset ¶ Job impulsus violẽter pdidit ad tps/vsuz pfectũ z iocundam virtutũ/q̃lem bñe solitus erat/qm̃ dñs erat secũ p experimentale sentimẽtũ Dicit aũt vsus iste vita scõa/sic habitus informãs z gratificans noiat vita pma/q̃ mãsit sp in Job etiã suppssa ad tempus oppssa actuali vita scõa/donoz z virtutũ. ¶ Job ex instinctu sinderisis certificatus sup hoc impulsu tyrãnico demonis/ moz exurgit ad spem de deo/radit a capite mẽtis/crines cogitationũ aut affectionuz supfluas/scindit vestes operationum/discernẽs q⁹ nõ sufficiũt ad meritũ vel ornatũ/tãdem de toto de se desperãs z in se.corruit pnus in terram solidã eternitatis corã deo i q̃ solo spem reponit. ¶ Job impulsus et euersus vt caderet/hũit deũ susceptorẽ/i cuius fiducia dixit adorãs: Nudus egressus sum de vtero mris mee. Põt hic itelligi literalis mr̃/sed appropriatius ad misteriũ matris hec/est iustificatio gratuita p oblationes p eo factas a pentib⁹/sicut in baptismo mr̃o/nouã parit gra mr̃ infantiã. Sic g̃ noz habui vestẽ actual' cuiuslibet meriti mei/dicit Job/dñi ita spũaliter renatus sum Sic ad deũ reuertar in nullo ope meoz opimẽto spem cõstituẽs/dñs dedit vitã opm iocũdam z vberẽ/dñs abstulit eã sua pmissiõe. Sit nomẽ dñi bñdictũ ¶ Job impulsus iterũ fuit a crius dñi sathanas licẽtiat⁹ a domino nõ solũ pdidit vitã scõam donoz et virtutũ in sentimẽtis solitis. Sed addita sunt sentimẽta ꝓria p immissiões horridas temptationuz de vicijs turpissimis z blasphemijs/qtũs deiceret aia Job in cõsensũ mortifer aut luxurie aut blasphemie Plane si terrebat in somnis sathan Job q̃sto magis in vigilia/puto supabat hec spũalis afflictio corpalẽ/q̃uis esset tanta q̃sta nullus hoim tyrannoz martiribꝫ irrogare sciuit. ¶ Job sedens in sterquilinio ꝓprie despectionis/radebat hanc saniẽ tẽptationũ testa cõsideratiõis ꝓprie fragilitatis tãq̃ audiret a dño cũ paulo taliter colaphisato. Sufficit tibi gra mea. nam virtus in infirmitate pficitur. Qualiter hoc sane dum horrẽdas blasphemias demonis/Job tolerat inuitus nec succũbit/nec obedit vtori dicẽti. Bũdic deo z morere. vtor ista/est vel sensualis vel inferior ps rõis/quã compescit superior. ¶ Job ita cõclusit Si bona suscepimus de manu dñi/bona scz q̃lia tẽtatus optabat vt eẽt iuxta menses pristinos dum delectabat in dño. Mala aũt q̃re nõ suscipiamus/et hoc tristicijs z oppositꝫ sẽtimẽtis. ¶ Job placẽtissimã obtulit hostiam de seipo/dans se totũ deo. qz nichil ascribit sibi nihil retinet/nõ exteriorẽ sbam nõ ꝓpriis fecũditatem/nõ opm bonitatẽ/nõ cõsolationẽ/nõ iocũditatẽ. Sit nomẽ dñi bñdictũ/hoc vnũ sufficit sibi hãc requirẽti Opa sequũtur mortuos in dño/non ꝓcedũt/fiunt ipis ad iocũditatem z gl'am etiã peccata ptẽrita non qz pctã/sed qz remissa tecta/nõ imputata/p illã que multitudinẽ operit peccatoz caritatem.

Decas sexta

B

Fraudulẽtus impulsus pnicio sior est q̃s violẽtus/eoq⁹ magis f latet neq̃ ita frequẽter aduersus ipm solet ad deũ et scõs anglos eius fieri cũ speãli humilitate recursus/nisi forsitan ab illis ꝙ p bona cõsuetudine exercitatos habent sensus. ¶ Fraudulentus impuls⁹ vt euitet/petitio vr̃ magꝫ illa fieri Et ne nos inducas in temptatiõem At vero cõtra violẽtũ et malignũ.reliqua matie formak sed libera nos a malo. Vel fm aliã litteraz/a malignoi.a male ignito.in quo mũdus positus est totus. ¶ Fraudulentus impulsus/fallere q̃rit fm omne genus fallaciarũ in sophista. Et scõm omne genꝰ stratagematũ/iure bellica. Et scõm brocardica iuristarũ/et scõm insolubilia z obligationes logicoz.imo etiã ꝓportionabiliter ad omnes industrias aialiũ sese fallẽtium Silr deniq̃ ad laqueos aucupum/ad hamos et retia piscatoz/ad funes et pedicas cũ decipl'is/ad laq̃os venãtiũ/ad cautelas luctaruz/atq̃ inuolutiões disputantium. ad furias gladiatoz. ¶ Fraudulentus im

pulsus/ Nonũq̃ illa queat eos et in decepti
onis foueaz p̃cipitat/eoipo q̃ sup ipis no
ticiã alijs tradere satagũt ampliorẽ. Fouea
vna ẽ supbie inaniter gliantis z se ceteꝛ in
hac re p̃ferentis. Altera dũ de paucissimis
estimat aquisse oia vl maiora. Tertia dum
et alios vult ad huius doctrinalem cogni
tiõem tradere curiosius q̃ opꝛtet. Quarta
dum vincere cõfidit in illis. Quinta dum
irridet vt idiotas z expositos omni lapsui
pctõꝛ ignorãteꝭ. Sexta si repidioꝛ fiat ad
oꝛois auxiliũ. Septima si minus p̃caueat
circuitus demonũ/q̃s notos sibi. ¶ Frau
dulentus impulsus eo sepe plus z citius il
laqueat/quo q̃ritur p humanã industriam
magis vinci. Presumptio enĩ de viribꝫ sci
entie vel ingenij. mereꝭ illudi/et eo amplꝰ
q̃ nõ arbitraꝭ illudi vel tẽtari. ¶ Fraudulẽ
tus impulsus/dũ p̃dicãdo vel scribẽdo de/
tegitur et palatur acrius fm diabolũ q̃rit
machinatiões ad vincendũ etiam ex sui vi
ctoria est furorẽ rõabilis/z amãs cõcupiscẽ
tiaz/q̃re in eo rõem/q̃re pacem z nõ inueni
es. ¶ Fraudulẽtus impulsus/fecit vt Da
uid z alij ꝓponerẽt psalmos aduersus ipm
q̃s cuz doctrina pauli/illi nõ sapiũt/q̃ nũ
q̃ p hmõi dolosos insultus tẽtati/victoreꝭ
euaserũt/facti p humilitatẽ exaltati. Ex ẽ
p̃cipue tẽtationũ vtilitas/sil vt expiamur/
qm̃ p multas tribulatiões opꝛtet nos intra
re in regnũ dei. ¶ Fraudulẽtus insultus si
cognoscit in generali/parũ vz ad euasionẽ
Et si in pticulari nõ sufficit hũmana virtꝰ
sine gr̃a ad supatiõem. ¶ Fraudulentꝰ im
pulsus/acceptioꝛ et familialioꝛ est sathane
q̃s solus violentus/p quã opprimit omne
iu diciũ rõis p languoꝛes boꝛridos corpa/
les. plus enĩ q̃rit alias sic impellere/q̃ ipu
tabiliter peccẽt: q̃s in lapsum p̃cipitare ta
lem q̃ nihil imputet eis de his q̃ patiuntur
que dicũt aut faciũt ad peccatũ ¶ Fraudu
lentus impulsus eo plus debet formidari
et esse suspectus/quo magis ꝓgnoscit q̃ sa
piens videt et timet. Stultus ignoꝛat et
transilit. hinc vetus apud grecos puerbiũ
Eruditio timorẽ/ignorantia audaciã pa
rit. iungaꝭ exemplũ ex natura quaz duplex
explicat versiculus. Si volucri capte dat
sors euadere posse. Partibꝫ in cũctis esse ti
met laqueum.

Decas septima

Dolosus impulsoꝛ sathan a sede
positus vntur cautelis sophista
rum. se celat/et mlta petit. Celat
se nũc sub habitu theologi/ nũc
p̃dicatoris/nũc cõfessoris. nũc religiosi. nẽ
solitarij/nũc plati/z ita de quolibet statu se
formãs vertit in oẽs/hinc noia mille. Hil
le nocẽdi artes. ¶ Dolosus impulsoꝛ ab i
itio sub figura serpẽtis astuti se fingit theo
logum. locutus est ad Euã de deo/q̃rẽs in
dolo cur p̃cepit vobis deus z̃. Fallax im
pulsoꝛ illuc puocat/vt indubitatiõem/ cer
tũ p̃ceptũ dei ꝓuertaꝭ. factũ est vt impulit.
Rñdit mlr iam sibi blãdiens/iam obediẽ
tia trepidans/ne forte moriamur/subintu
lit audax z mendax/nequa q̃s moziemini. p
mus accusauit de inuidia deuz/ accẽdit ad
scie desideriũ/futuros deniq̃ spospõdit pa
res deo/vicit. deposuit ꝑmos cũ sua poste
ritate de sede dignitatis sue. ¶ Dolosꝰ iste
nequoze p̃tia tentauit postea xp̃m/theo
logisans in allegatione scripturarũ/sed ve
ra theologia supauit falsam/z humilitatez
exaltauit ¶ Dolosus impulsoꝛ theologisa
bat apud demoniacos q̃s curabat christꝰ/
Clamans/q̃ tu es filius dei/vnus inter a
lios/delectatus in nouitate verboꝝ. Primꝰ
vocauit xp̃m ihm nazarenũ. Sed nõ sine
bat ibs demonia loqui. nolẽs a p̃fe mẽda
cij/testimoniũ accipe veritatis/miscẽt enĩz
sp falsum aliq̃d veritati/quo citius recipi
atur toxicũ melle litũ peccati. ¶ Dolosus
impulsoꝛ theologisabat in puella phitho
nica de actibꝫ apl̃oꝝ q̃ testificans de paulo
et socijs. Isti hoies serui dei excelsi sunt/q̃
anũciant vobis viam salutis/phibuit eaz
exemplo xp̃i paulus/zq̃ q̃stũ dñis suis ab
stulit p̃secutus est vehemẽter/q̃ cõtra faci
ent fictis miraculis z reuelatiõibꝫ mulier
culaz/vt ita q̃stũ sibi p̃cent vel honorẽ/do
cuit hanc fraudem experientia de multis z in
multis/sub specie sanctitatis/in obfuscati
onem catholice veritatis. ¶ Dolositas sa
thane describit amplissime sub typo trium
amicoꝝ Job/qui figuram tenent hereticoꝝ
rum/sicut q̃rtus heliu p̃sumptuosus sig̃ni
ficat/patet in ipoꝝ disputatione/ Quitus
sathan ostentabaꝭ esse theologus/sz ad pes
simũ cõtra Job finem armabãtur z eo do
losius quo verius z diuinius allegãt i plu
rimis. ¶ Dolositas sic capitur. Erat Job i
terioꝛ hõ spũalis p̃dit sapiẽtia que de sur
sum est. Sciebat homines p̃ apparentiam

dei scōs/qui nō haberent hic ciuitatē manentem/sed futuram inquirerēt. Sciebat qō vltimū nō erat in hoc mūdo iudicium/vt reciperet vnusquisq; opus suū/sed oīa in futurū seruabātur incerta quousq; illuminaret dñs abscondita tenebrarū. Dolositas amicoꝝ Job in hoc erat/qz nō sapiētiam sequebant q̄ desursum est. sed terrenā animalem diabolicā/et hoc fm tria q̄ tpaliter offerūtur bona tanq; fines mūdanoꝝ/i diuitijs/in delitijs/honoribꝫ z pompis. Jta q; tres amici Job beatū dixerūt ppl'm cui hec sunt/Job vero dixit/beatus ppl's cui⁹ dñs deus eius. Dolosus inde consurgit aduersum Job impulsus/qz nō collaudat vita hanc veteris hois/sed ex cōsideratiōe peccatoꝝ z miseriarū q̄bus cōpedita ē/maledicit odiendo/detestandoq; nō naturaz sed culpas z miseriam/neq; perit cū absoluto rōis iudicio impossibilia fieri sed q̄dam velleitate cōdictionata/cōcludit tandeq; se miserias nō pati ꝓter peccata sua/put imꝑperant amici/nec desperatiū hac vita in q̄ nec pōt/nec debet/felicitas expectari. cum bonis sepe mala et malis bona pueniant/et hoc q̄dem lege certa dei. sed nobis ad plenum nō cognita. Dolositas sathan manifestatur in belin garrulo/fastuoso/q̄ non cōsolatoꝛ sed onerosus z amarus insultatoꝛ/verba iactat sapie/inuoluens/teste domino/suas sermonibꝫ impijs caret illoꝝ sensu intimo q̄ roborat nō aliter q̄s mḷti doctoꝝ vel xp̄ianoꝝ iactant de iudicijs dei. z de maiestate sua. de sapia z bonitate verba magnifica sed velut in somnio.

Decas octaua

Malignus impulsus/ex pura z excogitata malicia/puocat ad peccādū/sicut honestas sola trabit bonos ad laudabiliter opandū Est enī hec palma vicioꝝ honesta polluere delectātur cū malefecerint/z exultāt in rebus pessimis. Malignus impulsus ferri nō pōt impuram maliciam sub rōne solius malicie/ratio qz fm dionisiuz nemo ad malū aspiciēs/opat. nō enim habet rōnem appetibilitatis vt sic Malignus impulsus hz ꝑ suo termino fantasticā supbamq; libertatez. Tractat illud btūs Aug⁹ de furtu pomoꝝ dū puer esset/cōcludit tandē q̄ nō delectabat peccatū/sed libertas fl'a peccandi. Dicit alibi q̄ felicitas mūdanoꝝ est impunita nequicia/peccent vt voluerīt Hec aliquis dicat cur ita facis/nec puniat Malignus impulsus/apparet in blasphemantibꝫ horribiliter nomē dei z sctoꝝ sctāꝝ q̄s suarū sine cā sed sola libidine blasphemandi sic impune. Jnde est illud q̄rūdam nobiliū ad rusticos. Tu das animaz tuam diabolo. tu negas deum. tu despicis. cur boz cū non sis vir nobilis. Malignus impulsus. in ꝓphanationibꝫ solennitatū et locoꝝ sacroꝝ/vtilitate nulla sequēte/docent hāc malignitatē insanie falsē q̄s palliant sub noīe festi stultoꝝ/vbi fiūt horrenda supra maliciaz paganoꝝ i cōculcatione rerū deo sacratarū. Malign⁹ impulsus ostendit in dehonestatione ꝑsonaz pure gratis/qualiter fuit in nerone/qui ꝓpriam euiscerari iussit mrēm. iussit et prēz ciuilem senecam mori/gaudebat in crudelibus moribꝫ senatoꝝ. Denicq; nimis valde debachata est sathane malignitas ꝑsecutione tot martirū sup rabiem beluaꝝ/Exurge et toto malignitatis spū debachare. dicebat Vincētius ad tyrānū/malignitatem imꝑpera. Malign⁹ impulsus impellit insipiētes vt dicant in corde suo. imo in ore z ope. Non est de⁹/cū tū velint ipi neq; q̄s adorari sicut deus. Sed ista est inuidorum malignitas/iacturam ꝓpriam querere in alioꝝ lesione Malignitas diabolica est conari mulierē violare qz casta est/quia virgo est/qz nobilis est et honesta/licet in corpe deformis sit. q̄rere ꝓterea societatem in peccatis/nec sibi satis esse ꝓpriam damnatiōem/sed neq; ꝓponere quicq; de pnia. imo dolere si sibi malicia displicens esset. Malignitas est diabolica delectari in mendacijs qz fallunt/trabere ꝓterea sācto rum puoroꝝ z puellarū innocētiam ad peccandū/delectari deniq; in peccatis extraordinarijs q̄ abhorret natura/nec adduntad delectatōez libidinis/nisi corruptam sanitatem sicut febricitātes aut mulieres ingnate gaudēt in cibis q̄s abominabiles sciunt sani. Procurat iste malignus exerceri/qtūs ex pudore cōfitēdi reatū taz pudendum. corruant in damnatiōez orē clauso. zodoma enī dicitur mutaz Judas q̄ interptatur cōfitēs victor misticus in cornu dextro peccatoꝝ cōmuniū ꝑstratus prout in sinistro sequētium ad inuentiones in peccatis est. Malignitas diabolica delectatur multitudine peūtium/non solum

qz peunt sed qz p alios peunt/scit qz si vo/
luerint seductores alioz penitere postmo/
dū/ viz pniam inueniant pfectam qz redde
re nō potuerūt eos quos pdiderūt/neqz p/
terea restituent q̄ tota malignitate pus de/
struxerūt mille modis siue mō. Deniqz sua
det et impellit ad blasphemias ptra spūm
sanctū q̄ sunt p̄sumptio/impenitentia/de/
speratio/inuidētia fraterne gratie/impug/
tio veritatis agnite. de quib⁹ non est hic p
singula disserendum.

Decas nona

F

Malignitatē sathane tyrannicā et
aptam supat in multo sua in an
gelū lucis malignitas transfor/
mata/qs ista crederet si bocapo
stolus nō diceret/nō ignorās astucias ei⁹/
pmanet iste malignus in arrogantia cōce/
pta/vult extolli sup omne qđ dicit deus/bz
suū neqz spūm. Im quē satagit in destructi
onem nō edificatiōem dare suis de corpo/
re peccati fallaciter diuisiones apparentes
nō exītes gr̄az/instar spūssicti. Huic ipel/
lente eo pmittēte deo/datur Imo sapientie
alij aūt Imo scie scōm neqz spm̄/alia fides
falsa in eo spū/alij opa virtutū/alij gr̄a sa/
nitatū/alij pphetia/alij gr̄a linguarū/alij ī
terptatio Imonū. ¶ Fictus lucis angelus
qz ista possit inducere ēt̄um pmiserit deus
testis est apl's/loquēs de antixp̄o/testis in
sup loquens de laude caritatis sine q̄ pōit
excellētes gr̄as dari posse/sz inutiliter. Si
linguis boim ināt loquar et angelo⁹. Et/
ce Imonez sapie z scie z genera linguaz/si
habuero pphetiam/ecce notatā. z nouerim
misteria oia. Ecce interptatio Imonū cuz
sapia mistica/iūgit omnē sciam/iūgit oēm
fidē/iūgit mirabilia in translatiōe mōtiuz
iūgit distributiōez boim facultatū in cibos
paupm/ꝺcludit in martirio q̄ tradit corp⁹
ita vt ardeat. ¶ Fictus lucis angelus suos
habet appentes apl'os/suos pphas/suos e
uangelistas/suos pastores z doctores. im/
mo z suos martires/suas virgines/suos he
remitas et monachos/ad cāsumatiōem re
pbi corpis sui/cuius ipe est caput et rex su
pbie/sicut humilitatis z obedētie xp̄s rex
et caput exīstit. ¶ Fictus lucis angelus vt
opetur in aliquo talia q̄ dicta sunt/pmo se
minat tumoris spm̄/et impellit ipm vt am
bulare cupiat in magnis/vt sit placēs z sa/
piens sibimetipi in oculis suis. Quo obtē
to iam illudit et adulatur/impellit et delū/
dit/quemadmodū voluerit nisi succurrat
gratia salutaris. imo iam talis factus est si
bi demon/se decipiens/et fantasticās/z de
stulto p adulatiōem pniam insanū se faci/
ens ¶ Fictus lucis angelus/si cū tanta di
gnitate creatus/potuit p sui cōplacentiam
adulatoziā ita decipi vt appeteret similis esse
deo. Sic de eua suo mō reddit minus ad/
mirabile si respexerimus ad hoim insaniaſ
qui cū tot subiaceant miseris cōtinuis inē
ti sunt/qui se p̄cipent coli vt deos/inuenti
qui se p supbiam demētarent miris modis
humane fragilitatis obliti. ¶ Fictus lucz
angelus/cuius cibꝰ electus/et qui bz fidu/
ciam influat iordanis in os eius/studz ap
parere in deuotis z cōtemplatis maxie mi
rabilis. Absorbet itaqz mare mūdanorum
absorbet et mare oim fide vera xp̄i carentiū.
Sed xp̄ianos absorbere/deuotiōi cō
templationi qz deditos sua pncipalis ē vi
ctoria. ¶ Fictus lucis angelus/si viderit a
liquē xp̄ianū quē nō audet a fide palāauer
tere/studet ipm ad pctā carnis et mūdi/se/
pius impellere qz si repulsum se senserit/q̄
rit aliud machinamentū vt ad opposita vi
cia que nō sunt carnis z mūdi vehementer
impellat. ¶ Fictus lucis angelus pascit a
liqñ suos familiares cibis delicatissimis q̄
nō carnales appent sed oīno spūales/et q̄/
les comedunt electi filij in mensa p̄ris sui
dei. Itaqz cibat eos ex adipe frumēti sacre
scripture. in misteriis suis elucidādis/z de
petra fidei q̄ est xp̄s falso melle/qz falsa dul
cedine saturat eos. qz pl⁹ z aliter comedūt
quā satis est/vt cū fuerint saturati dicāt ela
ti p supbiam/quis nr̄ dñs est. dicāt non su
mus sicut ceteri boim peccatores. ve ve ve
tibi. ¶ Fictus lucis anglus si nō promerz
in sua rōcinatiōe/nunqz boztaret vt quere
ret/bō sentire et gustare quā suauis est do/
minus/p̄sertim circa misteriū incarnatōis
et crucis qđ aduersum maxime sibi scit ne
qz ipe spūs. Nō aūt impellit ad hoc sentiē/
dum z gustandū/nisi qtūs in p̄sumptiōis
spū magis illaqueat. Celat insup laqueos
sue neqcie sub fossa humo crucifixi vel ope
ris p̄ñ. Qui sup his dubitat/habet histori
am de Martino. habet de plurimis here/
mitis. habet de xp̄o quē voluit theologisā
do decipe ¶ Fictus lucis angelus. si super
bos suos fallit. si excecat in pleno meridie
legis xp̄i sub imagine crucis sue religiōis.

sue pietatis. sue ad sanctos ⁊ sanctas/ad te etiam beatissima nō cōqueratur/sed humiliet̃ur humana p̄sumptio. ¶ Nō enī placz ꝺo vir sup̄bꝰ/etiā si ascēdit in celū sb̄ titulo deuotionis/sub titulo crucis/⁊ sub titulo beate virginis ⁊ sctōꝝ/sup̄ eius q̄ ex ipō ficꝰ est/et si fictus. igitur ypocrita. q̄re hoc ? q̄a suam nō dei gl̄am solam q̄rit/q̄ rursus nō dei bñplacitū in plificatiōe btōꝝ opm p̄ obediētiam/sed meretriciam sterilemqꝫ quodām̄ pſequit̄ in sentimētis/nescio q̄livo/luptate/nō q̄ malū sit ī dño delectari. sz caste fiat et pie/cū obseruatione p̄ceptoꝝ/nō habendo velamē malicie libertatem.

Decas decima.

¶ Exaltatur humilis/cōtra violentū/cōtra fraudulētū/cōtra maligñū demonis impulsum/q̄ diuinꝰ ⁊ angelicus impulsus/vtuosus/sapiens/⁊ benignus/succurrit in electis. ita diligentibꝫ deū oīa coopant̄ in bonum. et ita oīa vt etiā diaboli machinamēta sinistrorsum impulsiua/cōuertāt̃ur ī bonū. Sit Job in exemplū hic/q̄ pditis oībus ⁊ ple duplicia reptauit septē ei filios ⁊ tres filias restituit. ¶ Exaltat̄ hō pꝰ demonis insultus/si ad moralia traducimus/q̄ reddūt̃ur sibi vsus ⁊ oblectamēta septē donoꝝ q̄si totidē filioꝝ ⁊ triū virtutū q̄s theologicas noiam⁹/et ita reddunt̄ septē filij/et tres filie domus q̄ virtutū ¶ Exaltatur hō tētatus dū fit amplius timoratus ⁊ pauper spū/dicēs illud ex inia. Ego vir videꝫ pauptatē meā. et illud. Tu autē susceptor meus es/gloria mea ⁊ exaltās caput meū. cū ceteris. in hanc sniam/quoꝝ nō est nūerus. Cognoscūt bruta liberatores suos vt elephas/⁊ fuiūt eis/q̄to magis post tot tētationes ꝺz hō gratū dño famulatū. ¶ Exaltatur amplius hō liberatus/in pietate ⁊ mititate circa primos. q̄ didicit ex his q̄ passus ē/miseroꝝ misereri/sunt ip̄i peccatores publici/sunt publicani ⁊ meretrices. nemnem iudicat/neminē damnat/dño suo stant aut cadūt/aut sibi stant potius. potēs est enī de⁹ stabilire eos/sicut ⁊ me fecit. pꝰ tot lapsus. ¶ Exaltatur in scia miseriaruz seculi/vel lucrū p̄tis exilij. q̄us sit vinere p̄pius sit ⁊ mori lucrū/vitam in patiētia degat/habeat in desiderio mortem. Denicꝫ sit idoneus in sua scia p̄ expientiā habitaz/docere alios q̄ et qualia sunt diaboli machinamēta q̄s occulte insidie/quam oppressiones violēte. Hinc timoꝝ nocturnus mundi et carnis. Hinc sagitta volans diaboli. Hinc negociū pambulans in tenebris/in ppletis. Hinc incursus in importunis et violentis. Hinc demoniū meridianū ī manimis appentibꝫ bonis. Hinc casus tot hominū a dextris a latere ⁊ a sinistris. Et q̄s muniet se aduersus has insidias q̄ nō exptus fuerit eas. ¶ Exaltatur impulsus ⁊ forte deiectus. sed resurgens fortioꝝ. Exaltat̄ dico in spū fortitudinis/et esurie iusticie/sentiens q̄z nulla sint p̄tia quibꝫ possit inniti. ideo q̄rit sibi eterna. ¶ Exaltat̄ in spū consilij/sentiens iam ex intimo gustu/q̄m nō ē cōsiliū/nisi in iustificationibꝫ dñi/q̄liter sētiebat q̄ dixit Cōsiliū meū iustificatōnes tue. Hec ē vera discretio spūum lex dñi nō vt fingit ille malignus/ex motu ⁊ impſu/nescio quo cordis nostri/vtiqꝫ signo fallaci/Cor tuū/iniquit sapiens quasi pturientis fantasias patitur/nisi a deo fuerit immissa visitatio Docuerūt hoc habētes phitonicum spm̄. docuernnt innumerabiles/qui dimissi scōm desideria cordis eoꝝ/iuerunt in adinuentionibꝫ suis/et perierūt vtinam soli. ¶ Exaltatur in spiritu intellect⁹. iuncta cordis mūdicia. Dat enim vexatio intellectū. dat crebꝛo purificatiōem in oculo cordis/quasi colliriū/quasi fel tobie/q̄si p̄piluvium. ¶ Exaltatur in sapientia/iūcta pace ⁊ adoptione filiali dei. Si enim fit timoratioꝝ vt p̄misimus/si pauperioꝝ spū/si lugentioꝝ/cōsequens est q⁹ spū contrito ⁊ humiliato/spūi quoqꝫ purificato p lachrimas ⁊ illuminato. Det sapie gustū ⁊ pacē que expugat omnem sensum. Sufficiūt ad extremū tales filioꝝ restitutiones/gratiores p⁹ lapsū. p⁹ tot amaritudines. ¶ philosophica vox est. q⁹ opposita iuxta se posita magis eluceſcunt. dies ex nocte. dulcoꝝ ex felle. sanitas ex infirmitate. vigilie veritas/ex somnioꝝ delusione fit apertioꝝ/vera sensatio sapiētie post frenesim vel reuersatiōez stulticie. dum vigilans se habet vt somnians. sed gratia reddita. reddit pariter et sensum verum in virtutis vigilia constitutū. ¶ Exaltatur postremo liberatus a tentatione quia speciositas redditur amplior in spe fide et caritate p afflatum sancti spirit⁹. contrarium aquilonis impulsibus. sic optabat apostol⁹ fieri. Dominus inquit spei replebit vos in oī gaudio ⁊ pace i credēdo

vt abundetis in spe et virtute spiritussancti/que virtus est caritas. Ecce tres filias. Sciunt liberati post impulsus fidelitatis et desperationis / q̄s serenus postmodum fidei radius/quā certus innixus spei /quā iocundior caritatis ardor/subsequunt/dū depositis de sede potentibus prius animā vexantibus/fit domino liberante quod sequitur. Exaltauit hūiles/fit et gratiarū actio p canticuz. Magnificat anima mea dominum ꝛc̄.

Finit Centilogium de impulsibus ꝛ sō iungūtur tractatus de theologia mistica q̄ satisfaciant tertie parti promissionis facte in pbemio sex lectionum.

Incipiunt considerationes venerabilis ac egregij sacre theologie pfessoris magistri Johānis de Gerson Cancellarij ecclesie parisien. de mistica theologia:

Prologus

Penitemini. et credite euangelio Mar. ꝑmo. Astrinxit me pmissio nouissima / illud aggredi qō vestram expectationem repetere nunc sentio. oīdere scz An cognitio dei melius p penitentem affectum/q̄s p intellectum inuestigantem habeak. Ubi enim debeo. si forte pijs aspirante conatibus deo/ poterit studium meum eaipa ad cōmunem intelligentiā deducere que super theologia mistica/hoc est occulta/diuinus tradidit Dioni. edoctus non dubium ab illo qui ait. Loquimur sapientiam apud pfectos/sapientiam in mysterio que abscondita est. Donari preterea meditor si ea que de contemplatione meditatione. raptu. extasi. et de excessu mentis. de diuisione spūs et anime. et similibus/doctores elevati scriptis reliquerunt. poterint ita palam fieri et quodāmodo reuelari. vt alij ab expertis quales rari sunt possint intelligere aut saltez fide credere sanctos illos viros habuisse scientiam longe altiorem a natura cōmuni. quos ad supmentales rapuit excessus diuina contemplatio. Dicaz vero quod frequens est apud vnūquemq̄s in aggressu alicuius vel insoliti vel arduitrahi quippe solet animus in varias ptes pro varietate rationuz operis. Cōperi hoc ipe pluries/nomiatim in re p̄senti. Tractaturus itaq̄s materiam/qua nulla sublimior est/nulla diuinior/sed nec vlla queri difficilior/sicut nulla potest salubrior inueniri/vtpote in qua nostre felicitatis cardo figitur. Contremui ad aspectum maiestatis huius sapientie/verens ne perscrutator e⁹ volens fieri opprimerer a gloria. Debinc expaui ne superba presumptio vexaret me Quis enim magna moliens nō impugnatur ab ea Extimui deniq̄s ne de curiosa singularitate notarer quā duabus vltimis lectionibus sceleris condemnaui Atuero poterant hec turbare retro q̄s flectere pedes mee inuestigationis ne progrederer/si ō solis viribus propijs confiderem /et non in eo qui dicit. Querite dominū semper Si preterea constrictus duplici officio publico non deterrerer/aspiciens damnationez serui pigri abscondentis talentum domini sui/audiens quoq̄s angelum apud Thobiam q̄ opera dei reuelare et confiteri honorificum est. Deniq̄s si primuisset sapiēs ea que commemoramus non dixisset de sapientia. Quā inquiens sine fictione didici et sine inuidia cōmunico et honestatē illi⁹ non abscondo. Nō autem de iactantia additum ē. vtinam qui gloriatur in domino glorietur. Quis assecurabitur homo viuens sup terram etiaz si supra astra celi posuerit nidum suum/etiam si in lecto cōtemplationis dormierit. etiam si māna deuotionis absconditum gustauerit. Quid hec omnia? Quis non expauescat horrore vehementi quando a celi palatio detract⁹ est lucifer. a medio lapidum ignitorum in sterquilinium damnationis? Quādo in die illa duobus existentibus in lecto vn⁹ assumet et alius relinquetur. Quando demum filij israhel pstrati sunt in deserto qui pane celi vescebantur et inimicos suos eos qui mēriti sunt ei cibauit dñs ex adipe frumēti/et de petra melle saturauit eos. Ue michi si gloriam meā quesiero. illa prorsus nihil ē. Illa nihilominus condemnabit me. Ue si gloriatus fuero in damnatione mea ꝛ in nihilo/terreat aplica tuba. Si inquit habuero ꝓphetiam ꝛ nouerim misteria omia et omnem sciētiam et si habuero oēm fidē. ita vt montes transferam/caritatem autez non habuero/nihil sum. Quis autem cer/

tus est sine miraculo caritatem se habere? Quid scis pauper homuntio si lumen alij quod intelligentie aut aliquis tepor tenuis deuotionis videtur dari tibi seruo negꝫ et hoc ad vtilitatem alioꝝ vt illumineutur vel calescant. tu vero instar cerei accensi redigeris in cinerez. ¶ Auerte hoc misericordissime deus. etsi de te loquendum est si inte exaltandum/exultemus cum tremore. et doceamus cum humilitate querendo vnicam gloriaz nominis tui p seruos tuos dominos et fratres meos/quibus ideo de secretis sapientie tue loqui velle mihi videor vt dimissis interim sterilioꝝ studijs/diuaricantibus animū ad multa/inflammet eos verbum spūs tui querere te in simplicitate cordis. Intelligere porro quale est illud. Vacate et videte quoniam suauis est dominus. Stimulentur postremo ipi nō ita soli tradere se intellectui ipm erudiēdo q affectus aridus/imo passionibus horrescens et sordescens deseratur. Nam apud quos alios aut quonā potius loco altero doctrina hec de theologia mistica traditur? Quod si hoc ipm attingere quod optato denegatum fuerit ignoscat peccatis nostris deus/et pium qō habere mihi videor desiderium aut tollat si impium est etsi fallor/aut si recte cōscius sum iustificet me in iustificationibꝫ suis ille qui desideriuz pauperum exaudit et pparatiōem cordis eoꝝ audit auris sua. Judicare pupillo et humili vt non apponat vltra magnificare se hō sup terram. ¶ His itaq; plocutis pcipue ad fodiendum de pfundo humilitatis locum quo sine collapsu tota dicēdoꝝ fabrica solidet. Et ab oratione more diuini dionisij sumendo exordium explicabo materiam disiunctim p cōsiderationes seu annotationes in modū capituloꝝ q̄tinus auditor recreetur interuallis/z nō cōtinua confusaq; locutione lasset̄ur. Nihil quoq; noui allaturus sum qō nequeat in alijs sctōrum libris inueniri/ab eis nimirum quid omissum est. sed eoꝝ sententias meo ordine ac verbis explicabo. ¶ Tractatus iste de mistica theologia. xliij. ꝯsiderationes continet/et octo partes habet seu materias pncipales. ¶ Prima pars est de quibusdam preambulis ad theologiam misticam et a pma cōsideratione vsq; ad nonam inclusiue. ¶ Secūda est de natura aie rōnalis et sex potentijs eius a nona cōsideratione vsq; ad decimamseptimam. ¶ Tertia est de luminositate dictarum potētiarum a decimaseptima cōsideratione vsq; ad vicesimā pmam. ¶ Quarta de cōtemplatione meditatione z cogitatione a vicesima pma vsq; ad. xxvi. ¶ Quinta de tribus oculis animę z de tribus affectionibꝫ correspondētibus in. xxvi. et. xxvij. ¶ Sexta est de acquisitione theologie mistice et ō decē eius differentijs ad theologiā speculatiuā a. xxviij. vsq; ad. xxxv. ¶ Septima est de amore et eius triplici pprietate. et ibi de raptu et extasi a. xxxv. vsq; ad. xl. ¶ Octaua est de viaz mortis qui amantem vnit cum deo et stabilitat requiescere facit a quadragesima vsq; ad finem.

Sequitur prima

consideratio de triplici theologia scz ppria symbolica et mistica.

Aliqua est theologia mistica vltra eā q̄ vel symbolica vel ppria nominatur. Ita enim sepate tractauit de ea sub ppio titulo beatus Dionisius a conscio diuinoꝝ secretorum Paulo doctus. Cum enī scripsisset ō theologia symbolica que vtitur corpeis similitudinibꝫ translatis ad deū vt q̄ est leo lux agnus lapis et similia fm quā dicit̄ de⁹ omninomi⁹. Cū pterea tradidisset theologiam ppriam p quā ex effectibꝫ reptis i creaturis pfertim pfectionibꝫ ad extra cōsurgi⁹ ad affirmādū aliqua de deo vt qō est ens z vita a quo omnibꝫ deriuatū est esse et viuere. Tandem addidit modū inueniendi deum pfectiorē ceteris quo p abnegationem et p excessus mentales tanꝫ in diuina caligine videatur deus. hoc est in occulto et in abscondito vbi posuit tenebras latibulum suum qō attendens vnus ex pphis sub assertione clamauit. Vere tu es deus absconditus. pterea hic liber intitulatur de theologia mistica. Misticum autem interpret̄ absconditum. Prim⁹ liber deest apō nos Scōus aūt de diuinis noibꝫ appellatur.

Consideratio. II.

tractat abnegatiōem silitudinū z explicat

Theologia mistica innititur ad tui doctrinā/expietijs habitis ad intra i cordibꝫ animarum deuotarum. Sicut alia duplex theologia exbis pcedit q̄ extrinsec⁹ oñdit

Concors est omnium doctor sententia q theologia mistica pcedit p abnegatiões vt q deus non est leo bos lapis ꝛc. Quis autem diceret q theologia mistica solã abnegatiõem consectetur nihil relinquẽs de deo positiue cognitum vel exptũ? Et sane cum anima nõ nihil operetur ꝛ/nõ nihil patiatur in tali statu cõstituta/vt aliqd expiatur necesse est. Illa aũt expientia que intrinsecus habetur neqt ad cognitiõem intuitiuam vel immediatam deduci illoꝝ qui talium inexpti sunt. quemadmodũ nullꝰ posset docere pfecta intuitiua ex cognitione q̃ res est amor apud illũ qui nunqꝫ amasset. que similiter res est gaudium aut tristicia/ aut alia ex passionib intrinsecis anime/ si nunqꝫ aliqua tali passione fuisset affectus Hoc idem de cecis respectu coloꝝ/ꝛ nõ surdis respectu armoniarũ dici solet. Has vero cognitiones exprimẽtales de deo/interius vocant sancti varijs noib/sicut p reivarietate multiplicate sunt sup numerum Vocant autem cõtemplatiõem. extasiz. raptum. liquefactiõem. transformatiõez. vnionem. exultatiõem. iubilũ. Jubilũ esse supra spiritum. rapi scz in diuinam caligi/nem. gustare deum. amplecti spõsum. osculari eum. gignere de deo. et parere verbum Introduci in diuina cellaria. inebriari torrente voluptatis. curtere in odoreꝫ vnguẽ toꝝ suoꝝ. Audire vocez eius. intrare in cubiculum. in pace in idipm dormire et reqe scere et cetera.

A

Consideratio. III

Anime rõnalis capacitatem et indiciũ ponit ꝛ idiote recte sentiẽtis cognitionem docto prefert philosopho.

Theologia mistica sicut innitit expientijs pfectiori certitudine cognitis. Ita pfectior atqꝫ certior debet iudicari. Nullꝰ ambigit aiam rõnalem pcellere/tum in essentia. tum in virtute et operatione/supra quaslibet alias creaturas/post angelos a quib miorata ẽ paulo minꝰ. Propterea si p ea q̃ facta sunt/cognoscit deus/ sempiterna q̃z virtus eius ꝛ diuinitas/ipe sane in illis effectibus vel ex illis amplius cognoscet q̃s pfectiores eẽ ꝓstat/ꝛ certiꝰ qz certiores Exprimẽtũ q̃ppe q̃le erit ab extrinseco certuz si illud qõ i intrinseco fit nõ certissimũ ab aia expiente, iudicetur. Ex quib elicio pulchrum corollariũ. Qõ si phia dicatur scia ois pcedens ex expientijs/ mistica theologia vere erit phia. Eruditiqꝫ in ea quõlibz aliũde idiote sint/phi recta rõne noiantur Inde xpus exultans spũ Confiteor tibi i/quit pater dñe celi ꝛ terre qz abscõdisti hec a sapientib ꝛ prudẽtib et reuelasti ea puulis. Ita pater qz sic placitũ est ante te/non meritũ. Vñ ꝛ sapia puulis locuta est/et lex dei puulis dat intellectum.

Consideratio. IIII

Ostendit nõ posse quenqꝫ pringere ad interiora spũs nisi doctũ et expientia refertũ.

Theologiam misticaz q̃uis nullus attingat pfecte ignoratis eꝰ pncipijs q̃ p expientiam interiorem accipiũtur. Nõ est tñ ab eꝰ doctrina danda vel accipiẽda desistenduz

Similitudo in ceteris scientijs philosophicis facit pmam ptem esse pspicuam. Ignorato quippe q ignis est calidus et a qua frigida. aut q eclipsis lune fit p interpositiõz terre diametraliter inter solẽ et lunam/et ita de similib. cõclusiones ex talib deducte/nõ sortirentur certitudinẽ. nisi q̃lis habet de pncipijs/aut minorẽ. Cognitio aũt pncipioꝝ in casu nostro si haberetur haberetur p solam fidem ꝛ credulitatẽ/p quã narrantib et exptis cõsentim? Nihilominus p scõa pte cõsiderationis addam? q pauce sunt aut nulle scientie naturales ad quas tractãdas et addiscendas veniẽt multi qui talium scientiaruz pncipia accederint ab expiẽtia ꝓpria. Sed multa ex aliorum approbatis assertionib psupponũt Sic Ptolomeus in astronomia. sic Ipocras et Galienus in medicina. Sic alij in istis et alijs scientijs studiosi fecisse quotidie qꝫ facere cognoscuntur. Hoc viderunt Pithagoras Plato Aresto. et Phus noster Paulus Quoꝝ pmus indicebat discipulis suis vt p quinquennium silerent. dictis suis crederent. Ellius dixit sumenduz esse ex credulitate compendium. Tertiꝰ ait addiscentem oportere credere. Quartus similia pene verba posuit in dissimili materia. Oportet inqt accedẽtẽ ad deũ credere.

Consideratio quinta

arguit presumptionem in eruditis ꝛ intimam experientiam prefert omnib alijs iocunditate. sapore. et pspicuitate

Quia nemo scit que sunt spūs nisi spūs q̄ in ipo ē / ꝓterea disco li sunt ⁊ nequaq̄ mistice theologie idonei auditores qui nolūt credere vt tādem intelligāt. Veritas hec tum ex seipa ꝓbat. tū ex autoritate ꝓphetica roborat. Nisi inq̄t credideritis nō intelligetis. tū denicq̄ ex p̄cedēti satis patet. Illos e diuerso possibile est multa cognoscere p alioꝝ traditiōem q̄ fidē p̄stabant eis q̄ sciūt viri / experti taliū. asserūt / tam in ꝑmōe q̄ in scriptura / quibꝫ in nullo credere / attēdite p̄coꝝ q̄q̄ inciuile. q̄q̄ discolū. q̄q̄ impium: Eos itaq̄ fallere velle ceteros / nullo pacto suspicari patrē eoꝝ veracissima sāctissima q̄q̄ ꝓbitas. nulli lucro / nulliq̄ honori inhians. nec odio vel alia passiōe vitiosa laborans. Falli aūt eos posse in expientia talit certa q̄liter p̄dixim⁹ q̄s putaret. Adde q̄ nō vnus aut alter ista dicūt. sed mille immo innumere sunt assertiones taliū concordissime dicentiū theologiam misticam per expientiā intimā colligi. eam q̄z longe sublimioꝛē ⁊ vltra q̄q̄ dici valeat iocūdioꝛē / sapidioꝛēq̄ ⁊ pspicacioꝛē existere supra ceteras cogitatiōes ab extrinseco venientes / tanq̄ ille serpāt inter hebetes ⁊ inertes. ista librimis alis circūuolās ⁊ euolans supgredia tur vniuersa. Nō si nullus ē q̄ sibi discredi de suis expientijs interioribꝫ asserēti ferret equo aio. q̄q̄ inciuile sit ⁊ irrōabile imo q̄q̄ destructiuū oīs socialis conuictus inter hoīes si tot ⁊ talibꝫ summe ꝓbitatis ⁊ excellentie viris fides negetur. ipi viderint qui non credunt.

Consideratio. VI.

ostendit affectiones internas nō posse plenarie verbis exprimis

Operationes interioreu pſertim in affectu / nō ita clare pferūtur: nec ita pūt scriptis tradi sic̄ sentiūtur. Et hec est rō q̄re apl's dixit se audisse archana verba / que non licebat homini loqui quoniam illa minus potuit tradere (beato Dioni. exempli gr̄a) q̄q̄ accepat. Rursus btūs Dioni. plus ꝯcepit ex ꝓbis apl'ici. q̄q̄ scriptꝫ derelinq̄re fas habuit. Cui⁹ rei sensibile exēplū est / in speculis semet quodā ordine aspicētibꝫ. Obscurioꝛ itaq̄ est imago in ꝑmo speculo q̄q̄ res ipa. imago deinde ꝑme imaginis ſbobscurioꝛ est in scdo speculo / et ita deinceps i tertio quarto et ceteris quousq̄ mutua reflexio cesset euanescens.

Consideratio. VII.

ponit causam iudicioꝝ quō errat circa doctoꝝ traditiones q̄ vident cōtrarie / cū sint summe intelligibilibꝫ concordes.

Possibile est hoiez minus exptū deuotoꝝ affectuū plus in eoꝝ disputatiōe eruditū inueiri. Capiamus ex silitudinibꝫ argumētum. Medicina q̄dā multa ꝓtinet q̄ in sol' expientijs fundata sumpta q̄q̄ sunt. Attamen nihil ꝓhibet q̄sdā inexptos taliū / meliores esse rōcinatores exptis. q̄m in cecis a natiuitate pōt ineſſe ꝯgnitio rōciatiua magna de multis q̄ p visum solū ꝓmitus habita st a mlīs alijs. Itaq̄ de btō Didimo ceco tradit interpres eius Piero. q̄ in disciplinis illis q̄ visu capiūtur / vt sunt mathematice scientie / fuit eruditissim⁹ q̄s scias mltos videntiū oculis suis cōstat penitus ignorare. Cur igitur in re nr̄a par euētus negabitur vt hō parū vel nihil deuotus. possit alioꝝ deuotoꝝ scripta studere / cōferre ad inuicez vnū ex altero concludere vel elicere / impugnare vel fulcire. Hoc itaq̄ mō de fidei articulis vtiq̄ nō exptis quotidianū exercitium theologice schole facit. Hec cōsideratio iuncta ceteris facit ꝯcordiā inter dēa sanctoꝝ q̄ rixari vident ad inuicē / q̄busdā dicētibꝫ q̄ soli boni ⁊ deuoti cognitionem dei verā accipiūt. alijs ꝺicētibꝫ multos ex ꝓbis paganis / multos q̄z ex theologis nequissimis scire plura de deo. nimirū cum ⁊ ip̄i demones credūt ⁊ ꝓtremiscūt. Primi itaq̄ de scia expimētatiua theologie mistice. Alij de rōcinatiua theologie symbolice vl' ꝓprie vl' etiā mistice loqui volunt

Considera. VIII.

ostendit fructū huius libri et quō in ea errat qui eam tradūt vel tradiderunt et quomodo sit vl' a quibus examinanda.

Expedit scholasticos viros etiā deuotionis expertos in scriptis deuotis Theologie mistice diligenter exerceri dummodo credant eis. Hoc ideo dicitur primum. quia quis nouit si tandem ipis exfamiliari tali collocutōe aggenerabit vt soleat q̄dā amoꝛ ardoꝛ exp̄iēdi ea q̄ sola interim fide tenent.

et que docta ratiocinatione conferunt ad inuicem. Ignitum eloquiū tuum vehemēter ait ps̄. Et seruus tu⁹ dilexit illud. Quis autē appinquauerit igni r vestimena eius non ardeant vel calescant. ¶ Rursus ali⁹ fruct⁹ est p illis quos p̄dicatio sumpta ab hmōi doctrina/poterit accendere ad amorem dei iam p̄conceptū/remanente etiā frigido pectore eius qui loq̄tur. vt ex voce pce/q̄ se nō intelligit/venit homo audiēs ad cōceptus s. les quales essent si voces hmōi articulate ab hoie formarētur. ¶ Deniq̄ comptū est multos habere deuotionez sed nō sc̄m scientiam/quales pculdubio pronissimi sunt ad errores/etiā supra indeuotos si nō regulauerint affectus suos ad normam legis x̄pi. Si terea p̄capiti ꝓprio propriesc̄z prudētie inbeserint/spreto aliorum cōsilio. hoc in Begardis r turelupinis manifestū fecit experientia. dū itaq̄ sequebātur affectus suos sine regula et ordine/postposita lege x̄pi. p̄sumptio nequissima p̄cipitauit eos/vt dicerent hoiem postq̄ ad pacez tranquillā spūs peruenisset absolutū esse legibꝫ diuinoꝫ p̄ceptoꝫ quā pacē in eis causabat angelus sathane transfigurās se i angelū lucis. hoc mō similans pacē valde simulem illi paci quā ap̄ls dicebat oēm exuperare sensum. Propterea necesse est p argutione aut directione taliū esse viros studiosos in libris eoꝫ q̄ deuotiōem habuert fm sciam. ¶ Eos nihilomin⁹ cōmonitos velim ne citius debito dānare p̄sumāt p̄sonas deuotas simplices in suis affectibꝫ admirandis. vbi nihil aduersum vel fidei vel bonis moribꝫ palā inueniūt/sed aut venerentur incognita/sub silentio suspensam tenentes sniam. aut cōcilio pitoꝫ examinanda remittāt. pitiores aūt sunt q̄s vtraq̄ instructio reddit ornatos vna intellect⁹/r affectus altera/q̄les fuerūt Aug⁹ sc̄us Thomas Bonauētura Guilhelmus paris. r ceteroꝫ ad modū pauci. cuius raritatis causam inferius afferre conabimur. ¶ Deniq̄ additū est in cōsideratiōe dūmō credant eis. Alioquin ipi talia scrutantes deficerēt scrutinio. et nō nisi laqueos infidelitat⁹ sibimet acquirerent. r densioribus tenebris circūuoluti cecarentur.

Secūda pars prin/

cipalis est de natura anime rōalis r sex potentijs eius. A nona cōsideratione vsq̄ ad decimāseptimam Ordine vero nona consideratio/modum ostendit p̄cedendi i hoc opere. exclusis minus seruientibꝫ ꝓposito/manens circa anime ꝓprietates.

Expedit ad ipius Theologie mistice cognitionem speculatiuaz adquirendam/naturam anime rōnalis et eius potentias taz cognitiuas q̄z affectiuas cognoscere. ¶ Consideratio hec de se pspicua est qm̄ ignorata natura ignorantur eius passiones. ¶ Ponitis ergo eis q̄ oñdunt aliq̄ esse theologiā mīsticā/tradēdo sub q̄dā generalitate quē admodū p̄sit r p quibꝫ p̄sit suum studium eniti/volumus adducere in cōmunem intelligentiam si de⁹ annuerit qualis sit hec theologia mistica/et in qua vi anime reponitur/qua ratione comparat/quo fructu/q̄ve fine conquiritur/qō fieri ignorata anie natura nullo pacto potest. ¶ Et quoniam doctrine modus optimus est p resolutiuas abstractiōes dū fiūt vel vsq̄ ad p̄ma principia p se nota. vel vsq̄ ad simplices rerum quidditates. eas a confusione accidentiū/et ab inuolutione circūstantiarum forinsecarum denudando. placet hoc loco ipsam simplicem anime substantiam secernere q̄ dammō in varias denominationes/iuxta multiplicitatē effectuū ab ipa eadem producibilium/vt dicatur talis. quia taliū elicitiua est/et altera quia aliorum. ¶ In hoc itaq̄ mihi vsdenk formalisantes agere laudabiliter docte/et acute/q̄ resolutiones huiusmodi queant fieri quēadmodū apō mathematicos abstractio a motu r a materia fit etiam abstractio p̄ncti a trina dimēsiōe. linee a duplici et superficiei ab vna. Attamē dum affirmant vltra q̄ p̄reter omnem operationem intellectus illa sunt in rebus taliter penitus/qualiter intellectus adstrahēs ea imaginatur/q̄ sunt vniuersaliter q̄ distincte eternaliter et cetera similia. Ego procul dubio tota sententia dissentio ab eis/q̄r non intelligo qua ratiōe istud dictum p̄sertim in diuina simplicitate p̄o vero possit vel sano sustineri/neque propterea abstrahentium est mendacium. quoniam et si nature rerum sic se habeant vt intellect⁹ negocians circa eas possit vti talibus abstractionibus ad faciliorem intelligentiaz nihilominus scire debent nō taliter distingui rē eādē q̄liter pōt eā itellect⁹ idistincta

secernere. Alioquin res eadem a seipa reali distinctione differret. Ita enim pōt intellectus cōcipe (exēpli gratia) q volūtas pductiua volitionis differt realiter a volūtate q volitionem elicit/sicut q in eadem essentia aie intellect⁹/ꝛ volūtas exñtes ab eadē essentia quōlibet extra rei distinguūtur. Sed hec materia minus vtilis est q̄ vt nos sua impugnatione longiori ꝑmone detineat. Abarristis ꝓterea logicis ꝛ methaphisicis potius q̄ a theologis ꝓsupponēda ventilāda q est/ꝑsertim dum de theologia mistica ꝑmonem habeamus. ¶ Dicamus g̃ de anima rationali q ipa p diuersitate officiorum et agibilium distinctas vires habet. distinctas in q̄ non re sed noīe. Ita enim virtuosa est ita fecunda quodāmodo ipa eadē existens. quemadmodū si cōtineret in se tales virtutes realiter vel aliter ex parte rei differētes. imo eo amplius quo virtus non tā vnita q̄ vnica fortior est seipa dispsa. sicut sapientia in deo pfectior est ꝑm deductiōem/ vt Aug⁹ vult locis plurimis de trinitate/ q̄ est fortitudo. iusticia. ꝛ bonitas. et ita de cereris pfectionibus. q̄ si ab eis qualibꝫ distinctione secernatur. Qui aliter capiūt viderint q̄ recte. Ego sane nō capio. ¶ Attamen sic vtamur in ꝓposito quasi vires anime essent penitus in natura distincte/diuidentes ꝓmo aiam rōnalem in intelligentiam simplicem. scōo in rōem. tertio in sensu alitatem vel aialitatem vel potentiam cognitiuam sensualem . et hoc quo ad vires cognitiuas. et q̄ ad affectiuas ꝓportionabiliter. Primo in sinderisim seu mentis apicē. Secūdo in volūtatem vel appetitū rōnalem. Tertio in appetitū aialem/ quarum virium inde mox docebimus ꝓprias rōes.

Consideratio decima

simplicitatem intellectus explanat pro ut dicitur lux anime et angelo simili⁹/ꝛ dei capax/et quomō varijs nominibus in scripturis significetur.

R Intelligētia simplex. est vis anime cognitiua suscipiens immediate a deo naturalem quandā lucem in qua ꝛ p quam ꝓncipia ꝓma cognoscūtur esse vera/ꝛ certissima/terminis apprehensis. ¶ Principia hmōi nominant aliq̄ dignitates/ aliq̄ cōmunes animi cōceptiones. aliq̄ regule ꝓme incōmutabiles et impossibiles aliter se habere vt q̄ de quolibet affirmatio vel negatio q̄ totum est maius sua parte. q̄ intellectiuū pfectius est non intellectiuo. q̄ spūale corporali ceteris paribꝫ. q̄ si homo intelligit/ homo viuit et similes. ¶ Qualis vero sit illa lux naturalis. Dici pōt pbabiliter/aut q̄ est aliq̄ dispositio cōnaturalis ꝛ cōcreata anime. quā aliqui vocare videntur habitū ꝓncipioꝝ. vel pbabilius q̄ est ipamet anima existens lux quedam intellectualis natura deriuata ab infinita luce ꝓme intelligentie que deus est de quo Johānes Erat lux vera q̄ illuminat omnem hoīem venientem in hunc mūdum. Et ꝑs. Signatum est sup nos lumen vultus tui dñe. ¶ Porro q̄ fm Dionis. vij. ca. de diuinis noīb⁹. In ꝓgressu rerū a deo fit cōcatenatio quedam vt infimū supmoꝝ sit ꝓmum inferiorum Angelus a quo minoratus est paulo minus homo/q̄m est intelligentia simplicior hoīe/habet in sua natura illud q̄si infimum q̄ homo habet in sua natura supremum vt fm hanc intelligentiam coniungantur absq̄ medio alterius spēi/duo itellectus angelicus ꝛ humanus. Hoc tamen non ita accipiendū putamus q̄si medium sit aliq̄ inter aiam rōnalem et deū. Cōtra dicit enim Aug⁹ qui nihil esse supius mente nostra dicit ꝓter deum. Attamen q̄s negauerit angelū eo mō recte dici supiorem aia nostra ꝛ deo ꝓximiorem q̄ pfectior est: nullus vtiq̄. Dicam⁹ idcirco q vteq̄ a deo eque immediate tria suscipit que sunt natura/ra gr̃a ꝛ gloria. Sed in reliq̄s sicut est ūter angelos hierarchicus ordo. sic angelorum ad hoies/fm tres actus hierarchicos quos frequēter nominat Dionisius qui sūt purgare illuminare et perficere et hoc respectu gratiarum et pfectionum secundarum.

Deniq̄ vis hec intelligentie simplicis q̄ q̄ nominatur mens/quandoq̄ celum supmum/quandoq̄ spiritus/quandoq̄ lumē intelligentie/quandoq̄ vmbra intellectus angelici/q̄ q̄ lux diuina in qua veritas incōmutabiliter lucet ꝛ cernitur/ nonnunq̄ vero scintilla. vel apex rationis.

Consideratio. xi.

S rationis vim exprimit quō nūc intellectui nunc sensualitati deseruit/ et duplici nomine appellatur.

r Atio est vis aie cognoscitiua deductiua ꝯclusionū ex ꝑmissis elicitiua

quoq; insensatoꝝ ex sensatis/ et abstracti. ua q̃dditatũ/nullo organo in opatiõe sua egens. ¶ Hec descriptio p̃ vltimã pticulã notat differre rõem a sensualitate q̃ vtit̃ organo. Per alias aũt ab intelligẽtia simpli/ci secernitur cuius opatio magis attendit in receptione cognitionis simplicis a supi ori luce deo. q̃ attendat in deductiõe cõclu sionũ/qõ est ꝓpriũ rõis. siue ꝓncipia/sũpta sint ab expientijs p sensus siue illa sibi pñ tauerit ab alto simplex intelligentia. ¶ Ex hoc vero duplici vsu rõis nunc a supioribꝫ ꝓncipijs p se notis in lumine intelligentie simplicis. nũc ab inferioribꝫ que p expien/tiam adquirũtur/ vt q̃ ignis est calid⁹ sorti tur ratio duplex nomen. vt dicatur portio rationis supioꝝ. portio inferioꝝ. vt ꝓterea dicatur habere duas facies vnam ad supi/oꝝ. ad inferioꝝ alteram. Imo ex hoc po nitur ꝓstitui velut in orizonte duoꝝ mun/doꝝ spũalis scz et corpalis. ¶ Cetex̃ por/tionem rõis supiorem noie viri. et inferio/rem noie mulieris appellamus. Tñ enim viuacitatis ꝛ virtutis habet rõ dũ supiori/bus intendit respectu illius quaꝫ cõtrahit ex inferioribꝫ/q̃tum vir a muliere differt i virtute. ¶ Postremo rõni q̃ꝫ alia nomi na tribuimus vtq; est celũ mediũ in anima qõ est in vmbra intelligentie simplicis/sic̃ intelligentia simplex in vmbra angelit an gelus in vmbra dei.

Consideratio.xii.

diuidit sensualem virtutem quõ ꝓcipit in/terioribꝫ q̃ꝫ sibi deputatis quomõranſmit tit lucide declarat.

Vis ꝓgnoscitiua sensualis ẽ vis aie vtens in sua opatione orga/no corporeo tam exteriori q̃ꝫ in teriori/ad ea q̃ sensibilia sunt p se vel p accidens cognoscẽda. ¶ Cõtinuo apta est dꝛia huius virtutis ad duas virtu tes ꝓcedẽtes. Cuius multiplex est officiuꝫ multiplex quoq; appellatio. Hã cũ accipit immediate motiones obiectales rerũ exte/rioꝝ/ꝛ sic dicitur sensus exterior in quinq; distinctus/qui sunt visus auditus gustus olfactus ꝛactus. Aut recipit immediate sẽ/sationes factas in his quinq; sensibꝫ iudi/cans inter eas. sic est sensus cõis. Aut ꝓse/quẽter ex iudicijs vel sensationibꝫ factis in sensu cõi. cõponit ꝛ diuidit. et sic dicit ima go. vel fantasia. vel virtus formatiua. Et si ex sensatis elicit insensata hanc estimatiuã noiamus/que de pficuo vel nociuo dijudi cat. Due ꝓterea sunt vires retẽtiue spẽq; in abñtia. Una p sensu cõi q̃ imaginatio q̃ꝫ noiat. Altera p formatiua ꝛ estimatiua/ cui mẽorie nom̃ inditũ ẽ. q̃rũ oim virtutũ cũ suis organis amplior manifestatio (q̃a ad pñs negociũ ista sufficiũt) ad naturales et medicos referat. ¶ Porro vis hec ꝓgni tiua sensualis nũcupat. aliq̃n aialitas/nõ/nũq̃ sensualitas/q̃nq; celũ ꝑmũ vl infimũ q̃nq; imaginatio. q̃nq; vmbra rõis. In q̃ rursus vmbra varij gradus p varietate su/oꝝ officioꝝ designant. Est itaq; sensus exterior nouissima lux potẽtie ꝓgnitie que deficit vel occidit in potẽtia solũ vegetati/ua vel nutritiua. debinc sensus cõis (habẽs sub se hãc lucẽ q̃si in vmbra sua) reponitur in vmbra fantasie. sic̃ fantasiã i vmbra esti matiue. ꝛ hãc in vmbra rõis collocamus.

Considera.xiii.

agit de affectiuis potẽtijs in genere ꝛ speci es earum subdiuidit.

Dices fortassis q̄ non habeas conceptum dilectionis boni/ q̄n de necessitate feratur cordis intuitus ad hoc vel ad illud bonum particulare. vt ad bonam tunicam. ad bonum cibum. ad bonū hominē. Et ita de reliquis. Respondeo tibi patet ꝑ alteram ꝓsiderationē ꝓximam de vi abstractiua cordis intellectualis. Per cui⁹ virtutis opationez. tolle bonum hoc. tolle bonū illud sicut loquitur Aug⁹: et remanebit verum ⁊ generale bonū. Nō qualiter fiat iam aperuimus. Conueniūt nempe bona omnia in vna generali ratione que est cōuenientia ad appetitū. Bonū quippe est qđ omnia appetunt. Denudes

Igitur hanc rationē boni ab vbi ⁊ nūc hoc est a loco vel situ vel tpe. ab omni ꝓterea cōfusione seu ꝓnotatione accidentiū/ ⁊ erit ille conceptus qui remanebit absolut⁹ ⁊ vniuersalis cōueniens omni bono.

Notula .IIII.

R Queres forte iterū vbi est illud omne ⁊ generale bonū? Ecce cadit in materiā ꝓmunē de vl'ibꝫ quid sint et si sint in rebꝫ extra/ ꝓter oēm intellectus opatōez? Dicim⁹ aūt q̄ztū hic satis eē putamus q̄ vl'itas deriuat ⁊ fundat in rebꝫ singularibꝫ. alioq̄n ficta esset. sed ꝓsūmat ⁊ cōstituit in opatōe intellect⁹ abstrahentis eo modo q̄ tact⁹ est similitudies rex in quibꝫ eēntialiter seu q̄dditatiue ꝓueniūt ab vbi et nūc id est loco ⁊ tpe. Vñ si q̄ras vbi ē humanitas ad extra? dico q̄ in hoc hoie singulariter ⁊ in altero sil'r. ⁊ si null⁹ eēt singularis hō/ nulla ꝓmaneret exteri⁹ hūanitas. quoniā destructis primis substātijs vt dicit Arest. impossibile est aliq̄ō alioꝫ remanere. nihilomin⁹ adhuc remaneret hoc vl'e humanitas interius in mente angeli sicut ante mūdi ꝓstitutionē erat. Et put nūc est vl'is ratō hūanitatis in mente dei/ nec erat res aliaq̄ mens dei/ neq̄ realiter/ vt oēs ꝓcedūt. neq̄ formaliter vt nōnullis placet Est demū articul⁹ parisienſ condēnat⁹ dicens q̄ ab eterno fuerūt extra deū q̄ditates aliq̄e/ vel vl'es rōes. quales fantasiati sūt quidā esse vl'ia realia ꝓter deū/ ⁊ ꝓter oēm intellectus opationē seu cōceptum.

Notula .V.

Rursus ad intelligēdū dictū hmōi q̄ destructis primis substātijs impossibile est aliq̄ō alioꝫ remanere Attēdendū est ne locutio varia sit dū loq̄mur de hūanitate q̄ ē ab extra/ ⁊ de ꝓcepta hūanitatis quē intra reponim⁹. Est enī ꝫ nomē hūanitas primo mō nomē prime intentōis supponēs imediate ⁊ principalit pro re ad extra q̄ est vel esse pōt si sit amplia tiua suppositio/ ⁊ hec in solis singularibꝫ hoibꝫ repit. Hoc vero nomē hūanitas secundum scdo mō/ supponit non pro rebꝫ ad extra/ sed pro ꝓceptibꝫ de hūanitate habitis ad intra seu ꝓ angelū seu ꝓ humanū intellectū. Aut est idea hūanitatis in mente diuina/ ꝓ idētitatē locutionis/ sicut ponimus q̄ sapia est in deo nō ꝓ inhesionē sed per idētitatē q̄m est ipse deus.

Notula VI.

Videres arbitror quēadmodū mediātās pōt intellectū suū figere ī recognitōe boni nō h⁹ vel illi⁹ figurati corpulēti vel colorati. Et ꝓnter fert voluntas in dilectōez absolutā primi ⁊ veri boni q̄ nō ē bonū ꝓ ꝓticipatōez vt alia oīa. sed per eēntiā. Poteris ita negociari circa potentiā. circa sapiaz. circa iusticiā/ ⁊ ita reuereri diuinā potētiā. Verecūdari ad sapiaz si turpis es. Trepidare ad ꝓsideratōez iusticie si malus es. Nō si forte quesieris/ an ꝓceptus hmōi sint absoluti ⁊ ꝓprie deo visum est hacten⁹ mihi q̄ ita/ saltē de possibili hoc est q̄ in via potest meditās et abstractiu⁹ intellectus formare sibi concept⁹ absolutos ⁊ proprios cōueniētes soli deo. Qui dabunt noticiā propriā ⁊ absolutam sed nullaten⁹ intuitiuā de eo.

Notula VII

Aperta ē nobis ex p̄dictis via ad intelligēdū mysticā theologiaz/ de q̄ scripsit diuin⁹ dioñ. vltra illaz q̄ simbolica ⁊ illā q̄ ꝓpria nūcupat. Procedit ita q̄ simbolica theologia ꝓ similitudies reptas in rebꝫ attribuēdo deo q̄d videt esse pfectionis in rebꝫ causatis/ ita vt hoc mō dicatur de⁹ nedū noiabilis. Et hoc mō dixit diuin⁹ Bartholome⁹ put dionysi⁹ refert/ euāgeliū esse latissimū/ sic appellat⁹ de⁹ leo ꝓpter fortitudinē/ lapis ꝓpter durabilitatē. agn⁹ ꝓpter māsuetudinē. sol ꝓpter illustrationem. ⁊ ita de reliq̄s/ que nō fm essentiā sed per solā attributionē/ ⁊ p analogicā similitudinē de deo loq̄mur q̄si balbutiētes ⁊ palpantes in vmbra occūbentis lūis vel grē intelligētie nr̄e in nobis. Procedit ꝫo mystica theologia ꝓ abstractionē/ modo velut oppositio ad p̄cedentē/ qui quicq̄d est affirmat de deo/ iste vero prorsus negat ō deo omnia. Et ita breuissimū est vt ait idē bartholomeus euangelium:

Notula VIII

Exemplū palpabile dat ipe dioñ. ꝓ manuductōe hui⁹ theologie mystice. Cōsidera fabricatorē statuarū nonne hic formatimaginem vel statuam nō addens quicq̄ sed rescindens et remouēs. ex qua subtractione remanet a galma

pulcerrimū/imago pulcra figurata vl' sculpta. Sic agit suo modo meditātis animꝰ dum ab hoc conceptu vago cōnotatio ſcz hoc ens/z illud ens. qui conceptus habet ex rebus exterioribꝫ ſenſatis/intra facit abſtractionē modo p̄declarato. Remouendo ab hoc cōceptu vago quicq̄d eſt impfectionis in entibꝫ cognitis p̄ fantaſmata. Et qz nullum eſt cātū ens quin ſit impfectuz/negat merito omne ens tale a deo quia dimiſtutū. quia dependens. quia potentiale. qz defectibile. z ita de reliquis impfectionibꝫ Qua abſtractione facta dici nequit q̄ nihil remaneat cognitū in abſtrahentis animo/quin potius reſultat a galma pulcerrimum/ſeu iuxta cōmuniorē philoſophantium locutionē/ remanet conceptus entis perfecti/denudatus ab omni impfectione Et hmōi eſt p̄prius dei conceptus abſolutus. licet nō intuitiuus. de quo dominꝰ ad moyſen. Ego ſuz q̄ ſum. hec dices filijs iſrael. Qui eſt/miſit me ad vos. Et hoc modo iuxta verbum p̄propheticū eſt vnum nomen domini dei.

Notula .IX.

Concordat his dictuz Damaſceni q̄ hoc nomen ens dicit ſubſtantie pelagus infinitū. Demonſtrat nobis dominus Bonauentura in itinerario ſuo mentis in deum ſecō capitulo/ q̄ iſto modo ens eſt p̄priū nomen dei. Conſonant hebrei qui dicunt hoc nomen thetragramaton ſignificare deum abſolute. non per reſpectū ad creaturas. Quod qualiter eſſet dicendū niſi poſſet haberi conceptus huiuſmodi abſolutus/non ſatis intelligo Videntur forte talia falſa vel impoſſibilia nō exercitatis in abſtractione taliū conceptuū. Non enī videtur eis dum intelligunt/exempli gr̄a hominē/ quin ſemp intelligant ipm cum confuſione/ ſeu veſtitu quodā vel circūſtantia loci t̄p̄is z aliorum accidentiuz/dum nō concipiūt hominem niſi vt eſt animal rationale. z ita concipiūt actum rōcinationis/cōcipiunt etiam aīalitatem que nō eſt p̄pria ſoli homini. Redargutio aūt taliū hominū magis facienda eſt monitione/vt vim ſui cordis intellectualis attēdant/q̄s ſtudioſa rōcinationis oſtēſione. Alioq̄n ſic agit cū eis q̄ſi ſi ceco alicui. aut nicticoraci/ ſolis radius digito monſtratus querat an videat.

Notula .X.

Queſt ex p̄miſſis dubitatio p̄ter errorē manicheoz̄/ quos forte decepit recogitatio qualem de bono poſuimus. Qō ſi ſit aliquod bonū participatum. z erit aliq̄ eſſentiale z primuz bonum. Videtur itaq̄ eſſe ſimilis rō de malo. Qō ſi ſit aliq̄ malum in reb̄ creatis. ſicut ita eſſe quis negauerit dabit aliq̄ malum p̄primū p̄ eſſentiā. At vero diuinus dioñ. z aug. dr̄am certiſſimā z latiſſimā docuerūt demonſtrātes q̄ nihil eſt malū poſitiue in reb̄/ ſed tm̄ priuatiue. Propterea ſequit ex conceſſione mali/ q̄ aliq̄ ſit primū z nullo mō q̄ ſit aliq̄ primū z purum malū. Eſt enī impoſſibile ſicut dicit areſt. q̄ purū malū per ſe ſubſiſteret. Quia ſi purū eſt. ſe deſtruit. Nō habet igit fundamentū niſi bonū vel in bono. Fallit aūt leuiter ignarus aut neſcius analogie entis vel huiꝰ verbi eſt. Que ponit quadruplex ab areſt. iiij. metaph̄. ita vt illud q̄ō nullo mō eſt poſitiue z in actu/eſſe tm̄ dicat q̄ videlicet eſt in potētia. i. pōt eſſe. Vel q̄ dicit carentiā alicuiꝰ boni debiti in eſſe. Nō enī ſequit. Malū eſt priuatio boni debiti in eē. ergo malū eſt actus/ vel aliq̄ poſitiuum. Qm̄ ita nihil eſt. Quis ergo mirabit ſi nō ſit aliq̄ primū z ſūmū tale malū cū nullus ſit p̄ticulare vel infinitū actu tale hmōi.

Notula .XI.

Pergam⁹ ꝯñt oñdere magis ac magis modū q̄ ſimplificari z vnīri poterit ſpūale coz meditātz. ſeclusa fātaſiāz multiplicitate. remoto leſionis imaginatiue vtutis piculo. Dicūt beatꝰ dioñ. areſt. z alij/ q̄ amor hz vtutē vnitiuā/ quēadmodum calor omogenia ꝯgregare z ab etherogenijs ſepare hz. Preſupponamus igit ex ſupioribꝫ. q̄ meditās fabricauerit ſibi ꝯceptū boni potētie. ꝯceptū ſapie. cōceptū iuſticie. ꝯceptū clemētie. ꝯceptū beniuolētie z dilectōis/figit iſtic pedē ſiniſtruz aīe q̄ eſt intellectꝰ vel rō. Deinde pedē alterū dextz/q̄ eſt volūtas/p̄tēdat p amorē talꝫ boni/vel potētie/ſapie/clementie z̄c. velut in anteriora ſe extēdēs. Hoc eſt dicere. q̄ z id ſatagat amare quod cognoſcit/conetur amare deum ſumme z primū bonum. Hic amor cū non ſit diſcurſiuus/nec vageꝰ/ſed inhereat amato in ſe et p̄pter ſe. Ita vt

nitatur suo mō totus in amatū penetrare/ z in ipm collabi/z vnū cū illo quātū possi bile ē fieri Fit tūc q̄dā sepatō corpaliū oīm q̄ sunt etherogenia ad spūalitatē cōpata/z ita remanet vnitio q̄dā spūaliū.q̄lia sūt de⁹ z aīa corpalia vo feces z cineres remanēt.

Notula .XII.

Audit z sensit hanc sepationē spūa/ liū a corpalib⁹ in hoie fieri posse q̄ dicebat. Verbū dei viuū z efficax ptingēs vsq; ad diuisionē spūs z aīe/opa/ gūq; z medullaz. zc. vbi capit anima p sen sualitate vel aialitate que corpus includit et aīam. Quānis vero apl's tribuat virtu/ tem hāc diuisiuā aīe a spū.verbo dei/ꝫ di/ cit p tanto si diligat verbū dei ab ipo spū. Qm̄ sola cognitio verbi dei spiritui ad ꝫ nō satis est. Propterea audi q̄d vltra ver/ bi cognitionē/ subsequēter senserit aīa de/ uota. Aia mea inq̄t liq̄facta ē/vt dilect⁹ lo/ cut⁹ est. Locutio z auditio ad cognitōez.li q̄factio spectat ad amorē. Qm̄ amor vna ꝯpatōe dr hr̄e acutū nomē ꝓpter desideriū penetratōis in time dilecti. Liq̄factōis ꝩo nomē molli⁹ suaui⁹ q; ē/affectū spōsi diligē tis accōmodati⁹ sati⁹ q; repūtat. Quia liq/ facti natura ē nō ꝯtineri termis ꝓpijs.nec q̄escere/ sed effluere sp z dilabi q̄us q; sistat in alio. Intelligam⁹ sil'r ō liq̄facto vl'emol lito spū p amorē dei/suo mō.q; in solo deo terminū suū inuenit z q̄etē. Ad cui⁹ exem/ plar sigillat.exēplat.trāsformat.simplifica tur.z vnit. Et ita de reliq̄s silib⁹ Remanet feculentū qō est portōis inferioris. Cm̄ colligit corollariū vel porisma pulcerrimū q; sic res dū emanāt a deo z ꝯsequēter duz se diffundūt.sic i sole ꝯspicim⁹/fit pgressus ad pticularioza z grossioza q̄ pl⁹ hnt mate/ riales ꝯditōes.sic i reditu ad deū q̄ fit p bo minē ꝺtēplatiuū.reducēdo sil'itudies rerū primo ꝯceptas in sensib⁹ ad intellectualē z spūalē puritatē/fit abstractior z vniuersa/ lior reductio ad vnitatē z quādā imateria/ litatē. Nam qō natū est ex spū.spiritus est. Dixerūt añ nos hec oīa sancti doctores Quid enī inexpositū reliquerūt. Sed bec iterum meis verbis et ordine sub paucis cōmemorata sunt.

Notula XIII.

Que alium docet modū simplificandi cor spectantem ad affectum.sicut prior magis ad intellectum.

Etamur si forte poterim⁹ inuenī/ re modū alterū meditatōis simpli ficande z a fantasmatib⁹ elongāde q̄ familiarior z ab hoib⁹ ñ exercitat; aut ele uatis in phica disciplia seu metaphica ca/ ptibilior forte fiat. Cōstituam⁹ in primis exēplū palpabile cui⁹ erūt capaces etiā ipi pueruli suo mō. Dicat aliq̄s vni puero iā vtēti rōne.q; neq; patrē suū/neq; matrē vi/ dit vnq;. Dicat inq; Ecce tu puer pr̄ez ha bes in regione lōginquissima potentissimū sapientissimū.optimū.z glorioissimū. Ille est q̄ te genuit z fecit. ille ē a q̄ z p quē mit/ tunt tibi oīa q̄ habes bona. He vestes hec cibaria.hec poma.he nuces z silia. Hūq̄d nō merito habes talē diligere/tali obedire z facere q̄cq̄d ipe mādauerit. Hoc audito bon⁹ puer mouebit affectu naturali ad au ditū pr̄is nomē.vt ferat in dilectionē ipsi⁹ cum tñ apud hmōi puerū nō sit alia pr̄is cognitio.q; ea q̄ p fidē aut narrātis ei inge ritur simpliciter auctoritatē. Nic puer nō ꝯsiderabit de necessitate pr̄ez sub aliquib⁹ ꝯditionib⁹ materialib⁹/vt q; sit alb⁹/niger/ paru⁹ magn⁹ zc. Vel étiam si ꝯsiderauerit ipe ꝓtin⁹ sine mlto cona mieſe auertere po/ terit ab hmōi ꝯsideratōe/ z in noie seu co/ gnitōe hui⁹ qō est pr̄ tot⁹ defacili intēdere valet/tenerrimo cordis amore/put tot⁹ no uit in ei⁹ dilectōez inhiare/suspirare/z totū suū in eū desiderū ꝓuertere. Quidni dice/ rit sibiipi aut alijs de pr̄e sic. Viuat talis bon⁹ pr̄. Bñdict⁹ in ꝑpetuū ille dilect⁹ pr̄ Bñ sit sp isti pr̄i/q̄ certe mihi ē valde dili/ gēdus.honorādus/ reuerēdus. z p oculis iugiter habēdus. Deniq; siq̄s ab hmōi q̄/ fierit.q̄lis est tu⁹ iste pr̄. Rñdebit vtiq; nil aliud. Nescio plus/nisi q; ipe est me⁹ caris/ simus pr̄/pgenitor me⁹.nutritor me⁹.bñ/ factor me⁹.ptector me⁹/z siq̄ sunt similia. Et hec tñ nouit solū fide p auditū/z nō in tuitiue vel p visum vel attactū.

Notula XIIII

Existimo q; simili manuductione poterit christianus etiam quiuis rudis z literarum ignarus/induci vt transeat in affectum cordis erga domi/ num deum suū/z ea que sunt diuina z spi/ ritualia/deserendo corpalium rerū fantas as/aut supgrediēdo eas quodā quasi trās uolatu generalis meditationis z amoris

Exemplificem⁹ adhuc aliter Desiderat aliquis saltem dū egrotat Nōne pōt hic optare seu petere medicū/ñ hūc vel illū singlariter. Sicut sitiēs appetit vinū ⁊ esuriens cibū. Nō tñ facit sepe nō phabita fantasiatione ad hoc vel illud vinū. aut ad hūc vel illū cibum Applicet meditātis cor silitudines istas p practica siue meditatōis/ꝓfesti vt offertur aliqō corporeū oculis siue meditatōis. Non quiescat in eis sed suspirando desiderādo. diligēdo. supuolare querat ad quoddā abstractuz/denudatū/vnū. Vtak corpalibus q̄si quibusdā scalis ad tēdēdū in spūalia. non quiescēdo in scala. Explicauimus iam de filio meditāte circa pfectū ignotū/de egrotoq̄/de sitiēte/de esuriente/ qui suspirāt ad medicū. ad vinū. ⁊ ad cibuz ignotos/atq̄ ad huiusmōi afficiunk ⁊ desiderant. Imo etiaz si cognouerim⁹ ihm cristum. put loquit apl's/non tamē eo mō fm carnem nouim⁹/sed vt redēptorē ⁊ saluatorem ⁊ vt dei virtutē ⁊ sapiētiam ipm recogitamus. Qui fact⁹ est nobis a deo pfectus sapientia. iusticia sctificatio. ⁊ redemptio.

Notula.xv.

Oportuto iuxta traditionē hanc/motus est Hugo dicere Quoniam aliqñ dilectio intrat vbi cognitio foris stat. Nō q amor excludat omnē cognitionez. sic enim fieri nō pōt vt diligat. prius incognitū. Gz ⁊ ipe amor vt dicit. Greg. q̄dā cognitio est. Et qualis cognitio? Certe exp̄imētalis/⁊ suo modo proportionabilis/tactui gustui/vel olfactui/ī sensibilib⁹. Vnde quāuis dicak ab aliq̄b⁹ amor esse cec⁹. hoc habet fortassis veritatez loquendo de cognitione luminosa/seu declaratiua/proportionabiliter ad visionē oculorum ⁊ aurium. Quia se manifestare non potest/aut in aliū trāsfundere/sapor ⁊ dulcor amoris per experientiā habitus/put in p̄cedenti tractatulo de meditatione. sez cordis dicebak. Rursus patet ex prioribus q̄d hz respōdere cor simplicis meditantis vl orātis. Si q̄ratur ab eodē q̄d meditādo q̄d orādo cogitz/q̄d aspicit aut quid diligit Recogito. dicere p̄t patrē meū celestez/bñfactorē meū rēdēptorēmeū. saluatorē meū iudicem dominū/immo spōsum ⁊ amicuz meū. Et ſ pergas vltra requirere. Quis ē iste pater tuus? Cuius essentie est? cui⁹ perfectionis. cuiusq̄ ꝓditionis? Rñdeat. Incomphensibilis est ⁊ infinitus. Et ideo cō phendere ipm non laboro. Satis mihi ē ipm. p statu pñtis exilij cognoscere sub eis que memorate sunt rōnib⁹. q⁹ pater. q⁹ pius. q⁹ benefactor. amicus. intimus. pulcer decorus. ⁊ totus desiderabilis/put sponsa dicit in cāticis. Vnde ⁊ puer de q̄ ꝓlocuti sumus q̄renti a se q̄lis est pater tuus. numquid pius aut magn⁹. rubibūdus aut pallidus. nudus aut vestit⁹. diceret nescio. nec ℔ scire dum in ℔ exilio dego/ꝓtendo. sciaz abunde cum nūc ad ipius pñtiam venero Hec itaq̄ cognitio sufficit mihi q̄diu ipe illic ⁊ ego istic sum⁹/vsq̄ ad tps bñplaciti sui/vt interim sic honorē sibi dilectionem/obedientiā. reuerētiamq̄ toto conatu impendam. Viuit ille cui adhuc puerulo/ suadebāt pñ parentes. vt si poma. si nuces vel cetera talia bñe vellet. genua flecteret/⁊ illa a domino deo eleuatis peteret manib⁹ At vero puero ita facieti/p̄iciebāt hec ab alto loco/vtputa a camino vel solario/applaudentib⁹ q̄si ⁊ congaudentibus puero ipsis parentibus ⁊ dicentibus. Vides dilecte fili/q̄ bonum est orare dominum deum/q̄ talia confert orantibus.

Notula.xvi.

Hec via videt plana. cōmunis. regia. sine periculis. sine difficultatibus. sine offendiculis vbi veritatē habet illud prouerbiū. Qui ambulat simpliciter/ambulat confidenter Hinc euenit vt simplices sine litteris rapiant celū. vbi literati ⁊ ꝓquisitores huius seculi. vbi pscrutatores maiestatis. aut inanes remanēt. aut opp̄imunk a gloria. Legimus in eccliastica hist. de q̄dam sancta femina martyre. nomine (si bñ recolo) Blādina/cū torqueba grauiter/interrogaret de multis. Hoc vnū solū rñdebat. Christiana sum. Hec ab ea aliud poterat exorqueri rñsum/ Vtinam sic fieret in omnib⁹ nobis meditari volentib⁹ in simplicitate cordis/conformiter ad apl'm. qui ait. Nihil arbitrat⁹ sum me scire inter vos/nisi dñm nostz ihesum christū ⁊ hūc crucifixū Ecce enī dum querit aliqus meditari in simplicitate cordis/ occurrūt vel naturales fantasie/vel diabolice illusiones/q̄rentes q̄s ⁊ vbi est de⁹ tuus. Audiuppham similib⁹ impeditū questionibus Exprobrauerūt mihi q̄ tribulāt me inimici mei. dū dicūt mihi p singulos dies vbi ē

ſſ

deus tuus. Audi quoq; quid respondeat/ vt et tu possis respondere similiter. Hã post/q; dixit p̃ophet̃a. Quare tristis es anima mea ꝛc. cõsequenter respondendo ait. Salutare vultus mei deꝰ meus. Hoc est deus meus est salutare/ aut saluator mei vultus qui duplex scz gratie ꝛ glorie existit. q̃si dicere vellet. Deus meus est mihi lumen gratie/ ꝛ glorie/ ꝛ omne bonum. q; si amplius curiose magis q; fructuose. importunate cogitatio interrogare perstiterit/ expellat eam ꝛ fuget meditatio tua flabello ꝛ manu simplicitate. ꝛ humilitatis/ auertẽdo ab ea ꝛ nihilipendendo tali respõso breui/ sz efficaci. Ipe est deus meus/ domin⁹ meus/ et pater meus/ qui possedit me ꝛ fecit ꝛ creatur me. Quid vis vltra?

Notula. xvii.

Audax in scriptura sacra ꝛ a doctoribus simplicitas vera/ que plicaz non habet dolositatẽ falsitatis. aut curiositatis. Sic iob simplex fuisse memoratur. nõ simplicitate que opponit̃ q̃spicacitate intellect⁹/ sed q̃ cõtraria est dolositati ꝛ fraudi affectus. Sicut ꝛ sapiẽs ait de ꝺo q; cum simplicibus graditur ꝛ cum ipsis ẽ sermocinatio eius. Sicq; faciebat pphet̃a loquẽs ad dñm in sancta simplicitate. Ut iumentũ inq̃t fact⁹ sum apud te Felix q̃ taliter simplex ꝛ tale iumẽtũ esse meruit/ si tñ in via dñi. Hã fortitudo simplicis via domini. Hec simplicitas. dum diuersitatem hominum in naturalibus/ moribus/ consuetudinibus/ statibus ꝛc. recogito/ videt̃ precipue locũ habere apud cõstitutos i officijs religionũ/ ꝓpter cõmunem congregationis vtilitatem ex obedientia/ nec non illos cõmuniter omnes qui laborãt in vita activa/ ꝛ multis curis solicitudinibus ꝛ occupationibus pregrauantur. ex charitate aliorum saluti intendentes. Talibus q̃pe nõ conceditur ocium vacandi subtilioribꝫ inquisitionibus catholice legis/ neq; suppetit virtus/ facultas/ locus/ tempus ꝛc ad recolligendũ se in vnitatẽ hmõi q̃ docet̃ a phis p abstractões mẽtales scholasticas Idem videt̃ sentiendũ de maxima pte eoꝝ q̃ ꝺo sub regulari in religiõibꝫ militãt disciplina/ q̃s cõiter fatigat non modicũ multiplicitas/ plixitas/ ꝛ ptinuitas diurni pter ꝛ nocturni. Addit abstinentie austeritas/ crebꝫ ieiuniũ. lõge vigilie. mala quies. labor assiduus. supior obiurgatio. parium indignatio. ꝛ pene totius vite vna ꝛ iugis temptatio ꝛ vexatio. Clauꝫ erit pie cõsiderãti q; hec omia nõ pmittũt saltẽ vt frequẽter hũana infirmitatẽ se libere ꝛ expedite trãsferre in meditationibꝫ suis ad hmõi q̃les p notauim⁹ phicas abstractiones. Pñt nihilomin⁹ hi tales aut aliq; ex eis singulari dei gra puẽti ꝛ adiuti/ de q; minime dubitauerim/ qñq; ascẽdere sublimi⁹ atq; securi⁹/ deducẽte eos sup excelsa ipo victore deo in psalmis canentes/ q̃s plures alij/ presertim phisica/ q̃tidie scrutãtes/ vtinam non magis curiose q̃ fructuose/ scrutinia.

Notula. xviii.

Ocam⁹ adhuc aliq̃d de hoc meditationis modo/ q̃ solet a corpalibꝫ incipe/ ꝛ ea sibi substernere/ sed saluberrimũ ꝛ pnecessariũ ꝺ silũ est in eisdez nõ sistere nec pedẽ figere. Alioq̃n/ vt frene sim vel turpissima incurret desideria ipse meditãs. Assignem⁹ hoc rõnem Constat plane virtutẽ oẽm q̃ corporeis vtitur organis/ fatigationẽ ꝛ q̃ q; totalẽ in opatione sua si nimis ꝓtinuet defectionẽ pati. Constat insup ex ꝟ cogitationẽ oẽm particularem q̃ nimis ꝛ plus debito pfundat in imaginatiua vel estimatiua virtute. lesionem inferre sic fantasianti. ita vt ñ maneat dñs sui. neq; liber ad expellẽdã hmõi cogitationem. Patet hoc in oi passione radicata. potissimũ tũ in amore. put videri põt in philocapitis/ qui q̃si nihil differũt a maniacis ꝛ insanientibꝫ. Vinit adhuc q̃dã inuentis/ q̃ suã taliter fecit in vnius amore mulieris fantasiam/ q; in ripa cuiusdã existẽs fluminis existimabat se illã corpaliter videre in altera eiusdẽ fluminis ripa. vnõ satagebat natãdo venire ad eandẽ. Sed forti verbere adhibito sanat⁹ est. ꝛ fantasticã deceptioꝝ intellexit. Vinit quoq; qui aliter ꝛ castius exercens semetip̃m in legẽdis meditationibus anshelmi ꝛ eas in affectũ trahẽdo/ ad hoc deuenit ꝓpter indiscretũ laborẽ. hmõi/ vt solus aspect⁹ libri in q; ptinebant scripti sibi cum nausea post causaret horroreꝫ pariter ꝛ timorem/ capitisq; vertiginem.

Notula. xix.

Egi quidem libꝫ quendã quẽ virgo certe deuota cõposuisse dicebat De cuius dictis memori mẽte hoc

vnum diligenter retinui ꝛ notaui. quoniã id ꝑ multa expertus/dictum rectissime cautissimeq; repperi. Nihil est inq̃t magis mihi suspectũ q̃ amor/etiam circa deum. Posui hoc in lectione quadam edita ꝑ moduꝫ tractatuli de ꝓbatione verarum reuelationum typo numismatis. Est enim passionũ omniũ vehementissima dilectio/qua ꝓpter semper eget discretionis freno. Viuit mulier que castitatem cum viro ꝓprio/ miro (nec aperiendo) rigoris tenore seruabat. Hec nihilominus amori spirituali se dãs aut dare putans. carnale (nescio quid) aut fedum pati se fatebatur in corpore. Que rursus vt alie plures sub velamine deuotõnis (quale deuotionis velamẽ/magis q̃ ipsam deuotionem nonnunq̃ mulierculas ꝛ viros muliebriter cõplexionatos/vel habere vel retinere quis nesciat nõ esse difficillimũ) ad ꝑsonas aliquas de sanctitate famatas prolapsa. nũc ad hanc. nũc ad illaꝫ diligẽdas furore ducebatur magis q̃ amore/ita vt sui compos nõ fieret/nec vllis arceri mõitis posset ad moderationẽ in amore tenẽdum/q̃ nisi fortiores ꝛ virtuosiores in amore cõpescẽdo fuissent illi quos amabat viri. profecto/credendũ/res ipa in pessimum exitum nedum coram deo sed etiaꝫ hominibus vertisset.

Notula.xx.

Red ad quid fit istoꝫ cõmemoratõ Mirum vt suadeamus/ꝛ inculcemus/q̃tum fas nobis est/ne meditantis animus det se/sed accõmodet/iuxta verbum Senece/rebus corporalibꝰ cõsiderãdis. hoc est dicere q̃ ꝓnus euolare studeat ad meditationes vniuersales quales prenotauimus. Quoniaꝫ ita vitabitur lesionis virtutis fantastice periculum. ita quoq; fiet illud. Oculi mei semper ad dominum. Et consequenter illud. Quoniaꝫ ipse euellet de laqueo pedes meos. Occurrit fabula de vulpe ꝛ murilego. Quesiuit vulpis. Quot modos ꝛ circũitos sciret contra caninos insultus. Respondit murilegus. tantum vnicum. Vach inquit vulpis. Ego mille noui ꝛ habeo talibus saccũ plenum. Euenit inter loquẽdum multitudo canum venantium. Murilegus vt audiuit latratus canum confestiꝫ exiliit in arborem sursum. Vulpis vero infra fatigabunda velox pergebat circumeundo. Tandem cum fatigata deficeret pre lassitudine ꝛ canum morsibus pateret/ improperauit murilegꝰ vulpi suos multos circũitus/ atq; derisit dicens plus sibi profuisse suũ vnicum in arborem saltum/q̃ ei omẽs sui multiplices circũitus.

Notula.xxi.

Refert seneca simile aliqõ dictũ ab altero alteri phoꝫ. qm̃ plus ꝑficit vnũ morale ꝓceptum si vsu continuo in illo te exercueris/q̃ multa si negligeris vsum. Exemplũ de luctatore. Applicemꝰ hec ad ꝓpositũ ꝛ dicamꝰ q̃ bicyclus hec exercitatio meditãtis esse debet vt assidue discat ad oẽm corporalis rei intuitum/leuare sursum cor suũ/velut in vniuersalem quandã recogitationẽ diuine bonitatis. diuine sapiẽtie ꝛ potestatis. ꝛ ita de similibꝰ iuxta sensatoꝫ exterius vel interiꝰ q̃litatez/qm̃ laquei ꝛ rhetia sunt in infimis. Quid mirandũ si spũs instar auis dũ insidet morans in eis capiatur ꝛ irretiatur/sed si moꝫ euolet securus erit.

Notula.xxii.

Fuit hoc stoicoꝫ (quoꝫ seneca nõ infimꝰ fuit) institutum/vt mens virili aliq̃ ꝛ forti cogitatione animũ stabiliret/que valeret ad virtutẽ. Citiꝰ eẽt vagari per multa dũ casta sit ꝛ ordinata vagatio. Nec aũt cogitatio vel rectius meditatio versabat apũd eos circa fictũ quoddaꝫ virtutis simulachrum/qõ honestum vocabant vel honestatẽ dum sua vi nos trahit ꝛ allicit/nec ꝓpter aliud queri habet. Ast vero diuinius actũ est nobiscum/qui veram ꝛ solidam virtutis ꝛ felicitatis rem tenemus non solum imaginem/que res non sola ratione nobis/sed fide certa ꝓponitur tenenda/querenda. meditandaq; iugiter. Hanc nuducũt nos odia adhociꝑm/si ñ abutimur/si nõ signis/nutibꝰ ꝛ vmbris iheserimꝰ relicta veritate. Esset ei hoc vticq; hominis insipiẽtis ꝛ stolidi. Dicimus hoc ad inculcãdũ magis ꝛ magis. recessũ a corporaliũ ꝯsideratione diuina nimis ꝛ fixa qm̃ si eis oibus laquei sunt. decipule sunt ꝓcula sunt/pedibꝰ (iuxta sniam sapientis) insipientium. Dicet aliq̃s. phibes igit̃ fieri imagines aut intueri. phibeas ꝯsequenter

ll ꝛ

necesse est z litteras/z ita ꝙd reliquū erit meditatiu. Rñdemus ꝙ imaginum nec vsus nec intuitus phibet/sed talis inhesio ꝙ meditatis cor ne sursum ferat ꝙsi circūligatuz funibus aut inuiscatū detinet. Supuola/re igit frequenter nitatur etiam si recidere crebro cogatur.

Notula.xxiii.

Extimescimus in nostro multiloqo causare cui ꝯ fastidiū/nihilomin⁹ quia solet inexercitatis ad quales est sermo ꝑsens/ꝑficere ꝑticularis exemplificatio. Subiungam⁹ exemplū boc vnuz de plurimis. Et qñ dicente sapiente. Jnitium sapientie timor dñi. Detimore domini constituamus ante meditatōnis nostre oculos. exemplum illud celebre a quo cepisse dicitur ordo carthusien. Mortu⁹ est quidā magne reputationis mgr apō scholasticos. Parabant exequie i templo. Venit vox Justo dei iudicio accusatus sum. Dilata est sepultura in diē alterū. Tūc audita est vox. Justo dei iudicio iudicat⁹ sūz Tertia die in quā dilatio sepulture itez facta extitit/insonuit vox. Justo dei iudicio ꝺdemnatus sum. Ecce in bis est positū coram meditatis oculis iudicij tremendi. accusationis. iudicationis. z ꝺdemnationis spectaculū. Hec itaqz materialia z similia/videri ꝑnt ꝙttidie apō vtrūqz fox / ecclesiasticū scz z ciuile. Que cor meditatis potest spūaliter quasi ꝙttidie intra se practicare/vt se ad diuinū timorez sic excitet. Attamē inter hec ad sedē misericordie que teste beato Jacobo superexaltat iudiciū tremebūdus z fiducia nō destitutus appellet. dūmqz miserēdi tps est. toto illi cordis affectu se submittat. Sic predictū de mēdicitate spūali scripsimus in vulgari ꝙtenus exemplo mēdicoz manuduceremur elemosinas spūales ꝙrere multo magis. seduloqz affectu mētis. Sic in sensu lrali psalmoz Dauid ex se docuit. Sic pia ꝙdā mulier dolorē de ꝑdition filioz/retorquebat sup aīe sue/suisqz/z aliorum spiritualib⁹ angustijs cogitādum/acita ꝓuide z salubriter conuertebat tristiciā tpalem in spūalem. z exꝺsequenti in leticiam. Siquidem verum est beatos esse sic lugeñ. quoniā ipsi ꝺsolabūtur. Nolum⁹ tñ in bis similitudib⁹ corporeis figi. sed ad spiritualia consideranda sine loco/sine situ/sine colore/sine eqz figura/cōtinuo meditatione cordis reflecti.

Notula.xxiiii

Explicauerim⁹ z si nō vt voluimus. tñ vtcunqz ꝓut valuimus. licet nō satis/modū simplificādi cor in meditationib⁹. Sed an satis expleuerim⁹ iudicet cui placet. Sed z impfectū nostrum suppleat de⁹. qui solus sensum aperit vt intelligant scripture neduz que in libris. sed etiā que in vniuersis creaturis ꝑ varia descripte sunt exempla/ꝙtenus ad dei legant bonorē. nr̄am edificationē. z ꝑ consecutione felicitatis eterne. Porro quicqd hic edoctū videt super simplificatione cordis traduci poterit faciliter ad cordis stabilitōnem. de ꝙ dicit aplus. Bonū est gratia stabilire cor/dum docet cor vel stare in deo/vel non el ōgari diutius ab eo. vt sic ibi nostra fixa sint corda vbi vera sunt gaudia Trabi siliter pōt ad cordis mūdificatiōez De qua Dauid. Cor mūdū crea in me deus. Que mūdificatio fit cū ipm cor a multis/z ꝑcipue cū (licet difficillime) a fantasmatū corporaliū ymagio/visco vmbra/seu fuligine/assuescit separari Posset denicz sub simplificatione cordis/introduci directio vel rectitudo cordis. Sed erit sup hac re ꝑticularis dño volente decisio. De ꝙ rectitudine est illa ꝓpsalmiste exclamatio. Quā bonus isrl de⁹. bis ꝙ recto sunt corde. Et itez Cōfitebor tibi i directiōe cordis. Finit

Carmen de simplificatione cordis.

Vlis vez liber ꝺgnoscere simplificetur.
Cor sursum remeās/infima despiciat.
Materie trahit infectas res conditiones.
Quo magis a summo/distat origo sua.
Hoc in sole notes z lumine/sed viceuersa.
Dum redit ad primū/spūale sapit
Mēs bois mōm/sua ꝓ simulacra receptū
Sensib⁹ effigiat spūi similem.
Spūs est nēp e qō gignit spūs/Jsta.
Mētis ꝺditio libera/primo fuit.
Principiū reb⁹ primū speculando creatis
Obūce cū nullo crimie lesa iacet/
Jnficitur carnis oculus/sed ebet ratōnis/
Cōtemplatiuus lumine pene caret.
Par fit iumētis/z corpe mersa grauat.
Declinus stolidā viz bñ visit humū.

A

Incipit tractatus

doctoris ꝓsolatorij magistri Johannis de gersonno Cancellarij parisien. de directione seu rectitudine cordis.

Confiteor tibi in directione cordis. Pollicet ꝫ psalmista personā in se gerēs anime cuiuslibet fidelis deuote/ loquētis deo ⁊ ꝓfidentis in eo. Vtpotius hebraico more futuꝝ indicati ponit hic optatiuū loco. q̄si vox sit nō pmittētis ꝫ optātis. atq; orātis/ cū dicit. Cōfiteor tibi in directione cordis. Proclamat i eodē spū raptꝰ in anagogicos excessus qui psallēdo ait. q̄ꝫ bonꝰ isrl'de⁹/ his q̄ recto sūt corde. Felix plane cor directū ⁊ rectū i dño ꝫ in directione ⁊ rectificatione crebrius beu fallimur putātes nos rectū cor hr̄e/ cū varie distortū ē. q⁹ iusticiā nr̄am volentes statuere/ iusticie dei nō sumꝰ subiecti. Propterea diligēter attēde tu meditans quēadmodū deo ꝓfiteberis in directione cordis. Vide q̄d seq̄tur. In eo q⁹ dixisti iudicia iusticie tue. Hiꝝ vero si q̄s gloriari audeat se didicisse iudicia iusticie dei/ q̄ sunt vtiq; abyssus multa. q̄ incōprehensibilia/ q̄ ⁊ terribilia sunt sup filios hoim. ꝫ pfecto satꝫ est cordi saltē fido ⁊ simplici/ nō curiosa pscrutatione sed hūili deuotione/ ꝓfiteri deo cū ꝓpha dicēdo. Justus es dñe/ ⁊ rectū iudiciū tuū. Item iudicia dñi vera iustificata in semetipa. Et rursus iusticie dñi recte letificātes corda.

Consideratio. I.

Fundamentū igit directionis cordis/ ē meditatio rectitudinis diuine iusticie/ q̄ est ꝓpetua ⁊ ꝓstās voluntas reddēs vnicuiq; q⁹ suū ē. Hinc enim ꝓsurgit ordo. Qui est pariū dispariūq; rerū sua vnicuiq; tribuens dispositio. Hinc ꝓsequēter ordꝰ pax. q̄ nihil aliud ē q̄ꝫ ordis tranq̄llitas/ ꝓterea bene enūciatum est. q⁹ opus iusticie ē pax. ⁊ q⁹ iusticia ⁊ pax oscullate sunt.

Cōsideratio. II.

Esset aūt gratissimū hāc p singulas res meditari iusticiā. ordinē. ⁊ pacem. sed transeat meditatio cordis/ vt dirigatur ad participatam iusticiā/ que describitur habitus vel quasi habitus per quem inclinatur cor habentis ipsum/ reddere vnicuiq; quod suum est. Quam iusticiam diuiserunt philosophātes in commutatiuam ⁊ distributiuā/ q̄uis nō defuerint qui iusticiam dicerint omnem virtutē. Recte ꝓrsus. si de legali iusticia sub generalitate locuti sunt. q̄ quidē rō est reddere vnicuiq; qđ suū ē. Cōtinet itaq; sub ꝫ ambitu virtꝰ ois tam prudētia que ē recta rō agibiliū/ q̄ꝫ tempantia q̄ ē moderatrix passionū ꝓcupiscibiliū/ q̄ꝫ fortitudo q̄ est mediatrix inter audaciā ⁊ timorē/ q̄ꝫ iusticia. put ē ꝓticularis virtꝰ respiciēs ꝓmutationes in pcīs/ ⁊ distributiones ꝓ meritis quatinus recte fiant.

Considera. III

Posset ꝓfestim fieri ꝫmo de directōne cordis in hac pticulari ⁊ duplici iusticia/ cui solet aduersari quasi duplex pestis lenfera. Cōtrariat itaq; cōmutatiue ꝓtractus vsurarius q̄ ad temporalia/ ⁊ simoniacus q̄ ad spūalia. ꝓrro iusticiā distributiuā vulnerāt ⁊ inficiūt ꝓmotio remūeratioq; male meritoꝝ in rep. ecclastica ⁊ spūali. Sed videam⁹ in ꝓmis velut in radice vel fonte qnid cordis sit rectitudo. seu directio.

Consideratio. IIII

B

Directio cordis attenditur penes conformitatem ad rectitudinem ꝓme ⁊ vniuersal regule/ quam eē cōstat inobliquabilem/ nec a rectitudie prorsus flexibilem/ quēadmodum tortuosa redigunt ⁊ rectificantur ad normam rectā per applicationem. Et quoniaꝝ natura tota dirigitur in suis motionibus ⁊ actiōnibus ad hoc agente infallibili ⁊ inobliquabili. naturam omnem directam ⁊ rectam (vt talis est) fore necesse est. Et hoc est corollarium seu pozisma pulcerrimum. Propterea concluditur a sapiente/ ⁊ apud boetium a phia. q⁹ sapientia attingit a fine vsq; ad finem fortiter ⁊ disponit omnia suauiter.

Consideratio. V.

Hanc vero directionem nature/ vocauerūt aliqui philosophorum/ circulum intelligibilem primi boni ad creaturam/ ⁊ rursus creature ad suū ꝓncipium. Et hec meditatio non est discors a nostra si ꝓsideretur huiusmodi recursus

seu reuersio qui vel que fit tāq̄ reflectatur radius rectus vel perpendicularis in seip/so de deorsum in sursuz/vnde prouenit fortificatio mirabilis in natura/quod in speculis probatur per exemplum.

Consideratio.VI.

Hanc igitur nature directionez z reuersionem ad suum principium si inobliquabiliter/haberet humana voluntas pro statu presenti.eam quippe in gloria habebit sed in inferno ab hac rectitudine tota deficiet. Nunc autem duz in via sumus dirigitur aliquando/sed frequentius deorquetur per peccatuz ab hac directione/redditurq̄ tortuosa.ita vt non sit cum deo suo rectum vel directum cor ei⁹ Sicut in plurib⁹ sacre scripture locis verba huiusmodi sonant.

Consi dera.VII.

Hauerunt qui dicerent hanc rectitudinem cordis ad deum esse/vt vel/let homo quicquid vellet deus/z ꝑ aliud vel aliter. Alijs visum est q̄ volūtas dei non obligat voluntatē creatā ad imitationē sui z conformitatem/z pconsequens nec ad suā rectitudinē/nisi primo sit cognita dei volūtas ipa Et deniq̄ q̄ ad eius imitatiō obligek sub ꝓcepto affirmatiuo vl negatō. Quod aliqui sic explicāt vt cor hominis teneatur velle illud quod scit quod deꝰ vult ipm velle/z hoc non solū ꝓsultiue vel permissiue/sed preceptiue vt dictū est. Reducitur ergo ꝑm istos tota cordis rectitudo ad rectitudinem implerionis diuinorū preceptorum/que sunt iudicia seu dictamina diuine iusticie.

Consideratio VIII

Hauerunt quoq̄ quibus hoc nō satis dictum ample videbat. Distinxerunt igitur triplicem in homine voluntatez accepto large vocabulo/ꝑm triplicem in homine cognitionem. Est enim volutas seu appetitꝰ sensualis/q̄ potest aliqualiter ideo dici volūtas qua aptus natꝰ est obedire rationi/iuxta aristotilis verbum conformiter ad illud dictuz de cayn. Sub ter te erit appetitus tuus/z tu dominaberꝭ illius. Non sic autez est in appetitu sensuali brutorum/que non habent rationem directricem sibi adiunctam/ꝓpterea passiones sensitiue non eis imputātur nec dicuntur turpes. Ut superbia in equo.ferocitas in leone.timiditas in lepore/astutia in vulpe z sic de alijs similibus. Est z alia volūtas vel eadem sed aliter considerata que consequitur cognitionē rationis inferioris quā appellant sancti velut mulierem respectu portionis supioris quā virū dicūt. Hec respicit leges temporales z cōclusiones que colliguntur ex sensibus. Sed portio rōis que superior dicitur conformatur ad leges eternas. ꝑm has dicitur ꝓprie voluntas rationis.

Consideratio.IX.

Dicunt consequenter ꝓdicti q̄ volūtas cōsequens iudicium rationis superioris z directionem eius debet semper ita esse conformis diuine volūtati q̄ nunq̄ in aliq̄ sibi remurmuret. nec de damnatione hominum/nec de ꝑmissione peccatorum/nec de gratie subtractione Immo nec de sua futura damnatione/si illam deus disposuerit iusto suo iudicio/venturam/sed dicat humili corde sine murmure/id quod apud damnatos z per eos dici non potest. Justus es domine/z rectum iudicium tuum/cum ceteris similibus. Non q̄ homo simpliciter z absolute debeat aut possit de lege ordinata consentire in dānationem suam/sicut nec in peccatum vel desperationem. Sed hec ita sub conditiōe ꝓponuntur. Quamuis nō expediat apud multos tales interrogationes particulares sibi formare/vel in eis deliberando diu stare. Hoc tamen potest fieri vt ꝑm iudicium rationis superioris nolit in aliquo remurmurare diuinis dispositionibus/quod facilius est q̄ positiue ea laudare z approbādo in ratione eis gaudere.

Consideratio.X

Ozro quo ad voluntatem aliā duplicem/quo consequitur iudiciuz rationis inferioris z sensualitatis potest fieri q̄ bonus filius(sic loquitur augustinus)velit patrem suum viuere/quez deus vult mori/propter quendam naturē tractum z colligationem ad ea que temporalia sunt. Oportet nihilominus hanc duplicem voluntatem si debet carere vitio/se resoluere tandem in eam que sequitur iu/

dicium rationis.

Consideratio.XI.

Haplius addamus. Quia natura delectatur in mediis & tristatur in extremis. colligitur ratio speculatiua canticorum & psalmorum/qui quando eę collaudant rectos corde/& ad leticiam et collaudationem prouocant/vt ibi. Letamini in domino & exultate iusti. Et gloriamini omnes recti corde. Et iterum. Lux orta est iusto & rectis corde letitia. Cōingūtur autem iusticie & rectitudo cordis ratione predicta Quoniam iusticia medium tenet/& consistit in quadaz rectitudine scōm quam debet rectificari coz atęz dirigi

Considera.XII

Attendendum est nihilominus q̄ rectitudo voluntatis humane pro statu vie non stat in indiuisibili/sicut rectitudo volūtatis dei. Et sic stoici posuerevoluerunt dicentes equalia esse peccata/quoniam eque deuiat vnum a rectitudine sicut alterum. Exemplum de linea paz torta vel obliqua. Stat igitur ex moderatione iustitie per diuinam misericordiam que superexaltat iudicium/q̄ rectitudo voluntatis humane latitudinem aliquam cōpatiatur/infra quam voluntas stans/dicet semper recta/cęuius ad centrum indiuisibile iuxta modum loquēdi predictoz nm/ nō pertingat.

Consideratio.XIII

Rursus infra latitudinem banc p̄ miserunt aliqua peccata venialia/ dicentes ea non esse contra rectitudinem diuinoz preceptoz um/que sunt di iusticie seu iudicia participata/sicut nec esse dicuntur contra caritatem. Quia non extinguunt eam. Sunt tamen peccata venialia quedam obliquitates/a mediis per que facilius & rectius tenditur ad finem. Non autem tollunt rectitudinez finis. Et si non perimunt illam /prepediunt tamen plurimuz. super qua re loquitur tractatus alter de vita spirituali docens cęteruz & quouscz vota & precepta ordinum seu religionum obligent & se extendant.

Considera.XIIII.

Descendamus cōsequenter ad particulares casus aliquos quoniam sermones particulares in moralib⁹/ dicente aristotile & teste experientia/magis prosunt aut eruditunt/quēadmodum videre est in p̄ceptis medicine/neęz tamē oportet tē ptare de singulis particularib⁹. quoniā infinita sunt & ō nec differere necesse. Sed in primis sicut directio cordis tendit & terminatur in deū sic ab eodē habet ortum tē.

Vide cōsequentiā in tractatu de oratione & eius valoze parte tertia.

Considera.XV.

Genuit nos ecce plus sperato verbū de directiōe cordis in oratione cū annexis. Ad quoz elucidationem ampliorē pficit tractat⁹ de meditatiōe cordis/& alius de ipius stabilitione. veniam⁹ p̄seqnter ad alias particulares actiones. Et in p̄mis videam⁹ q̄lis eē debeat cordis directio in adoratione imaginū/qm̄ abusus videt eē mult⁹ apō laicos & seculares/ imo & nōnūcz apud litteratos & religiosos/qui vnā imaginē citi⁹ adorāt cęq aliā. Et h̄ solū q̄z vel venustioz/aut pulcrioz/aut ornatioz Unde loquūt ad illā velut si intelligat. Directio finalis ꝺ sulēda & sepi⁹ inculcāda atcz p̄dicāda talib⁹ in his & in pluribus alijs/ē q̄ hēant intentionē generalē faciēdi in huiusmodi adoratoib⁹/illud qō intēdit facere ecclia/quod cz plati doctoz es & sancti patres hmōi instituentes & tolerātes facere intenderunt/nec figant directionem sui cordis vel intentionem ad aliquod particulare/quin semper habeāt cordis promptitudinem ad faciendum ea in his solum que ecclesia & superiozes nostri ac priozes fieri tradiderunt atcz docuerunt.

Consi XVI

Transeamus quocz statim vltra ad alios cultus sanctoz um/qui plurimum supstitiones habere videnť/ ita q̄ nouena fiant/& nō septimana/vel q̄ntana. Quod offeratur tale munus/vel tale Sic gallus pro pueris/gallina pro puellis beato Christofero vel Johanni baptiste quod ad sanctum Rupertum pro morsu canis rabidi fiant innuentur particulares obseruantie/que nullam videntur habere rationem institutionis. Et ita talis ritus transit in superstitionem que nihil aliud ē

q̃ vana religio. Dicitur autem vana quia caret ratione z effectu. Similiter est de h̃ q̃ sanctus Anthonius plus habeat virtutis in curando sacrũ vt aiunt ignem q̃ alĩ sancti. Rursus idem est hoc q̃ in hac ecclesia dedicata beatissime virgini/ipius virt⁹ sit potentior/q̃ in alia ad faciendũ miracula/z succurrendum inuocantibus se/z hoc p̃sertim rõne tal' vel tal' imaginationis sue vel ratione solite peregrinationis illic continuate/z sic de similibus absq̃ numero

Consideratõ XVII

Considerandũ est igit̃ q̃ paucissimorum est ad diuina se erigere vel leuare/nisi p̃ corporalia. Q̃z nec confidentia de deo z sanctis faciliter a multis habetur sine quadã speciali obseruatione z frequẽter corpalivel imaginatiua. Talis tamen imaginatio fortis z cõfidens de diuino auxilio licita est z meritoria q̃uis consurgat per media vel exempla corporalia/z per quasdam actiones extraneas/que mouent adiuuãt/z augent imaginationez ad spem vel p̃fidentiã de obtinendo salutẽ put z medici dicunt. videlicet imaginatiõz fortem facere casum vel etiam liberationẽ

Considera. XVIII.

Duplius distinguendũ est de obseruationibus circa cultum dei z sanctorum/q̃ alique obseruatões huiusmodi sunt manifeste licite/immo z obligatorie/quas videlicet tradidit ecclia. Alique sunt penitus illicite z demeritorie/q̃s ecclesia reprobat per expressum. Alie autẽ sunt medie que de genere suo nec bone sũt nec male sicut leuare festucam in templo Sed fiũt moraliter bone aut male per appositõz circũstãtia z p̃sertĩ intentõis z finis

Similis potest fieri distinctio de credẽdis q̃ aliqua sunt firmiter credenda. Alia eque firmiter discredenda. Alia vero que sine periculo possunt vel credi vel non credi. Ceterum de obseruantijs primi z secũdi generis potest z debet fieri secure prediccatio/scilicet quãdo sunt expresse per ecclesiam z doctores vel approbate vt reproba te. De alijs vero tertij generis cautissime p̃dicanduz est vt nec nimis generaliter assertiue z absolute approbentur/z p̃sertim q̃ si cadãt sub p̃cepto vel fide certa/ueceti/ am reprobẽtur absolute z simpliciter quasi sint peccata que non possunt bene fieri/z que obligent ad non credendũ.

Consideratio. XIX

Rursus aduertendum q̃ apud simplices qui videntur bone fidei/et in alijs religiose viuentes/obseruantes ecclesiasticam disciplinam z doctrinaz agendum est potius ad rectificationẽ actõnum suarum/z ad bonam interp̃tationem iuxta intentionem bonam quaz habere debent. q̃ damnentur/vel arceantur deserere suas cõsuetudines/p̃sertim per illos qui non sunt tante auctoritatis/q̃ possint sine scãdalo tales obseruatões extirpare. Secus forte vbi adueniret auctoritas prelatorum vel pape vel generalis concilij. Vnõ z quando p̃dicatur nimis acriter contra obseruationes talium personarum/que de uote sunt in multis alijs/ potest consurgere in ipsis quedaz pusillanimitas/atq̃ oriri ex hoc in peruersis maior arrogãtia irrisiua bonorum z simpliciũ huiusmodi/aliarumq̃ deuotarum personarum.

Consideratõ. XX.

Dadatur adhuc circa dictas obseruationes p̃sertim ꝓpter illos qui sunt depressi in intellectu. acrudes ad capiendum subtiles resolutõnes nostre fidei z catholice religionis/prout tactum ẽ supra de p̃sideratione decimaseptima. Addatur inq̃ z dicamus q̃ in talibus ita temperate se habeant/q̃ nec reprobẽt eos qui talia non faciunt quasi sint obligati sic facere/q̃ etiam in talibus non ponant firmaz spem suam/taliter q̃ existiment deum vel sanctos non debere eis p̃bere auxilium vel salutem. nisi obseruationes tales exercuerint/quasi sit in illis quedaz necessitas vt pereas z nõ aliter inducatur deus z sancti id facere quod petuntur. Possunt tamẽ existimare vel sperare cum pietate fidei z religiõis christiane/ q̃ reuerẽtia exhibita õo z sanctis per huiusmodi obseruatiões/eis vtiq̃ placeat.

Consideratio XXI

Confirmãtur per p̃missa exempla que videmus in ecclesia. Quia cõmutauit ecclia multos gentilium ritus non eos penitus auferendo/sed intẽ

tiones fidelium circa hmõi in finem bonũ dirigẽdo. Datet ꝺ de festo purificatõis qõ ideo candelaria vulgo ꝺr. qz portant candele ardentes illa die in honore purissime z lucidissime virginis Marie / q̃ pri⁹ portari apud gẽtiles ꝺsueuerãt in veneratiõez cuiusdã dee / z in lustratione vrbis romane Sic solẽnitas ꝓmediei mẽſ sexti / q̃ quondã in honore octauiani augusti fiebat / cessit in eccl'ia in honorẽ receptionis carbenarũ ꝓncipis apl'oz. Secundũ ꝺsimilẽ ꝺsideratiõnẽ apud ꝓncipes christianos possz hodie tolerari celebratõ natalis sui, ĩmovt meritorie pagi / dirigẽdo videlicet intentõnẽ suã ad spũalem natiuitatẽ regeneratõis sue p sacz baptisma / gl'ificãtes deũ q̃ gr̃am baptismi ꝺtulit. Sic etiã encenia q̃ dant ꝓmo die ianuarij tolerabilit fierẽt / si dirigerẽt intẽtio ad illud enceniũ gl'iosum z p̃cipuum / qõ xp̃us ihesus de⁹ z dñs nr̃ nobis donauit in sui bñdicti nois ꝓpositiõe. qõ vtiqz nomẽ est iesus / salutẽ ꝓportãs / atqz i sui p̃ciosi sanguinis effusione / quã in circũcisione inchoauit / sed tũc ꝺsummauit. qñ in ara crucis cũ latrone. z clamore valido seipsm totũ p nr̃a salute deo patri in sacrificium obtulit / z exaudit⁹ est p sua reuerentia. Sic fit intentionẽ rectificãdo multa erũt religiosa / que alias forent supstitiosa.

Consídera. xxii.

Aduenient studiosus doct⁹ z pi⁹ animus in talib⁹ obseruationib⁹ q̃ de se non sunt male / q̃sdã rõnes vel directiões cordis / q̃ faciũt obs'uatões hmõi nedũ licitas sed etiã meritorias. Et sic nõ est ncce in obseruationib⁹ p eccl'iam datis q̃ simplices z laici cog̃scuut taliñ rõnes / q̃ in aliq⁹ vix pñt alit reddi / q̃ q̃ sic placuerit legislatori / vel eccl'iastice consuetudini. Sic multo magis in ꝓposito dicendũ est / q̃ sufficiãt leues ꝺiecture / si dicãt nouenaria potius q̃ duodenaria / ad honorem nouẽ vicz ordinũ angelorz. Et q̃ fiat pegrinatio ad istã eccl'iam magis q̃ ad illã / ob'maiorẽ deuotionẽ fideliũ. Et q̃ deus vult i variis locis / z diuers̃ sctis / varie z diuersimode venerari. stãte tñ in his sp vere fidei solidítate z itegritate. Hz z q̃ pulli / vel panis vel vinũ / vel equi / vel imagines certe / vel aliq̃ silia certis ritib⁹ offerant / totũ cedit in honorẽ dei z sanctorz / z ad sustentationem eccl'iasticorz miníſtrorz / dũmodo in his et in alijs nõ addat ꝓsitue z ꝑticulariter certa intentõ ꝓpria / z omnino ꝺtraria diuine religioni. Consulendũ est igit vt stent in directione z intentione generali / faciẽdi idez qõ placitũ sit deo / nec in talib⁹ nimis multum se subtilizent.

Consídera. xxiii.

Rursus ad elucidationẽ ꝓmissorum ampliorẽ addendũ est / q̃ nõ passim ꝙratur tentari deus per inuocatiõnem sanctorz suorz / vel oblationes eis factas. q̃si debeat semp statim facere miraculose illud qõ petit / psertim qñ est tñmodo bonũ tpale adipiscendũ. vicz qñ est p acq̃rendo aliquo cõmodo / vel p euitãdo incõmodo / sic̃ solent facere plurimi q̃ p q̃libet re q̃tumlibet ꝓphana z modica / querũt a deo z sanctis eius operationẽ supnaturalem q̃uis oppositũ illi⁹ qõ ipsi petũt cadat frequẽtius ad salutẽ ipoz spũalez / sicut est infirmitas / vel aliq̃ in bonis tpalib⁹ aduersitas. Est ẽni inuocãdus deus maxime p eterna salute animarz / z p medijs ad illam p arma iusticie a dextris z a sinistris / p diuitias / p pauptatem / per bonam famã z infamiã / quẽadmodũ supmus noster medicus magister z rector nobis vtile esse nouerit. Itaqz / sicut dici solet / a magno magna petenda sunt z speranda / atqz aliquid solidiz seu permansurum / ne forte videatur deus coli solum vel amari ꝓpter questum temporalium que vilia sunt et ilico vtiqz ꝑitura.

Consídera. xxiiii

Contingit autem deum tentari dupliciter. vno modo sine necessitate / vel absqz magna vtilitate. q̃ tentatio dicitur curiositas. Alio modo quando dimittitur auxilium humanum / quale posset haberi / videlicet dum fiat illõ quod naturaliter vel humanitus fieri potest. Et hoc vocamus facere quod in se est. Ad primum spectat / cum homo vult per aliquas oões vel ieiunia acquirere scientiã aliqz occultorum / vel eorz que non sunt sibi vl statui suo competentia / vel vt habeat gratias aliquas gratis datas / que nõ sunt vtiles ipi peteti / sz magis iutiles forte z nocie vt q̃ hõ speret dicẽdo hanc vel illã oõnem

q̄ non incurret tunc infirmitatez/vel q̄ sic habebit diuitias/vel prosperabit in mercaturis/vel etiaz in spiritualibus/ exemplificādo q̄ videlicet videbit ante mortē oculis corpalibus beatissimam virginem aut aliquem sanctorum/vel aliquam sanctaz/ z ita de reliquis. Que omnia friuola sunt. nec habent quicq̄ roboris aut fundamenti.

Considera. xxv.

vetustatē vestrā/ quatenꝰ innouati ⁊ feruidi effecti/ meliores vos ꝯtidie ⁊ alacriores faciant promissa spūssancti Vincēti ait dabo manna absconditū. Si volueritis et audieritis me/ bona terre cōmedetis. Orietur vobis p spina rosa pulcerrima/ ⁊ pro tribulo candidissimū liliū Magna sunt hec dulcia ⁊ consolatoria a cupientibus pficere ¶ Nō ergo te cōturbet homo dei. nō te deiciat multitudo viciorū. Ore de deo ⁊ spera in eo. ⁊ eris melior q̄ fuisti Domin⁹ pugnabit pro te ⁊ tu tacebis/ intelligis ne hoc? Domin⁹ ipe dabit fortitudinē/ vt resistas ire. pigriciā excutias. ⁊ cō cupiscenti animo nō cōsentias. et tu tacebis. quia tibi hāc potētiā nō asscribes. te propter hoc nō eleuabis/ sed deo totū pure tribues. qui astitit a dextris pauperis/ etiā quantū vales hominib⁹ absc̄de. ⁊ nihil aliō q̄ infirmū ⁊ inopē. te cōfitere Si quādo insurrexerit ꝥri⁹ tibi. ⁊ dixerit qō nō libenter audis/ esto patiens ⁊ tace Illatis malis dñs respondebit. Just⁹ enī domin⁹ inultū nō patiet abire qōcunq; nociuum verbum. Quid tibi nocere pt alterius malicia. si contra te inflat. si detrahit si obiurgat. Seipm magis pdit quia bonus nō est. Nā si tu bon⁹ fueris. ⁊ in patientia māseris/ nil mali tibi intulit: sed potius meritū tuum auxit. Tu clarior ex ob probrio cōtā sapiētibus tu pbatior ex virtute patientie. Nemini nocet prauitas alterius. neminē ledit verbū cōtumelioſuz/ q̄ diu ipse pius ⁊ immotus fuerit. Oīs homo qualis iteri⁹ est. talis ei exterior aduersitas erit. quia si tu bon⁹ simplex ⁊ rect⁹ ac deum timēs probaris/ nemo tibi bonitatem iusticiā ⁊ pacem tuā potest auferre. nisi eam volūtarie reliqueris. Non est magna patientia/ quā parua res pturbat Discē ad min⁹ tacere ad iniuriā. quia prudentis est tacere in tempe malo. Qui vincere desiderat/ victū se tradat. Cogita de corona: nō de iniuria. ⁊ quomō possis aliū sanare: nō quid possis ēcōtrario quasi zelo iusticie motus rūdere Si ille nō ignoscit tu ignosce/ quia vt frequēter maiorē habz culpam q̄ alteri irascit/ q̄ qui iratū patit. Miserorū proprium est conqri. ⁊ impatiētium citi⁹ pmoueri. ⁊ causas aliis imponere. Tu ergo esto libenter reus vt fias ante deum innocēs. tu primo a teipso incipe: ⁊ sic poteris etiā aliū sanare. ¶ Audiat tamen qui zelū videt habere aduersus aliorum defectus/ qui indignat si quid cōtra iusticiā agitur. q̄ recte ⁊ prudēter ageres si zelum tuū etiā contra cōmotōem tuam exerceres. ⁊ qō in alio reprēdis. prius in te emendares Cum ergo aliorū culpis iraſceris/ quid iuuat de oculo fratris tui festucam tollere/ ⁊ tue impatiētie motus nō cohibere. An tibi videt nō etiā festuca ſz potius trabs illi⁹ culpa Vide ne forte ex tuo iudicio/ trabem suspicioſe reputas. quod cora deo vix festuca habet. Non fidas nimis propio iudicō. quoniā homo est ⁊ nō deus. siue tamē magnū siue paruū fuerit vtilius tamē semp teipm cōsideras. quia ⁊ tu pctōr es ⁊ curatōne indiges. In quo ergo aliū iudicas teipm condēnas: cuz eadem facis. Quid enī mihi pdest/ si aliquē verbis meis sanauero. ⁊ in proprijs meis passionib⁹ mansero Bene illi cui malicia cedit in bonū. sed ve mihi. prope salutſ interemptori. nō est iudiciū māsueti cordis inconsiderate aliū corripe. aut correptōe modū transire. vel nō posse motū inuectōnis differre. Donec ira in mansuetudinē ⁊ zelus amara redeat in dulcedinē. Forsitan tū videbis nō esse tāte culpe reū quē reprehenderas. ac etiā magis excusabis. super quo prius subito indignabaris/ ſz et tue malicie imputabis nō in cōgrue/ q̄ tā tillum nō potuisti iniurie pferre. lugebis quoq; plus iniustā correptōem/ q̄ illius culpam. Pudeat igit te nōdum didicisse puos fratris defect⁹ tolerare. qui ꝯtidie infirmitatē proprīā/ ab alijs desideras portari. Cur ergo eandē misericordiā non exhibes alteri/ quā optas fieri tibi. Reuertere ad temetipm. ⁊ ptimesce. ne grauī⁹ deliquisti indignādo ⁊ male ferendo. q̄ frater tuus peccando Ille forte casum suū mox vt agnouit fleuit ⁊ de cetero cauere propo suit. tu vero impatiēs ⁊ incōpassiuus. peccatū tuū nec inspexisti nec fleuisti Adhuc ille satis bene in corde suo p amorē tecuz stat. ⁊ nihil mali de te existimat. sed se magis humiliat ⁊ sup se iustificat Videas ergo ne ille qui videt peccatores in regno dei te precedat. ⁊ tu cū iusticie psumptōne. similis fias supbo phariseo q̄ reprobat⁹ est a dño. propter suā supbiaz aduersus publicani humilitatē. ¶ Ecce iaz aliqliter audisti karissime quō teipm debes vincere. ⁊ zelum cōtra proprīa vicia exercere Stu

deas ergo magis ac magis ꝓficere ⁊ semp aliq̄d vicioſe ꝯſuetudinis amputare. Sicut negligētia vicia nutrire ſoler ⁊ virtutes amittere/ ita diligētia/ quelibet inueterata mala euertit ⁊ expugnat. Nam ⁊ ſi labor eſt in principio pugne/ tamē cum videris paulatim hoſtes ruere/ conſolaberis de ꝓſpero fine. Impedit nos valde. q̄ nō audemus violentiā inferre nature. ¶ O quantos labores faciūt homines ꝓ terrenis lucrandis: et nos ꝓ eternis bonis marcescim⁹? Nauta petit mare/ mercator circuit regiones miles fert arma bellica. ruſticus vomere ſcindit arua. ⁊ ſine labore nō quunt diuitias ⁊ honores obtinere. vt quid ergo nos virtutes ſine magna ſolicitudie adipiſci credim⁹? ¶ Hodie aliq̄d inchoare. et cras modicū addere. ⁊ ſic diebus ſingulis virtutē virtuti/ ꝓpoſitū ꝓpoſito iūgere/ ꝓficit hominē virtuoſum. deuotum purū ſanctū et religioſum. deo carū. ⁊ hominib⁹ gratioſum. Hoc ordie ꝓmerē homo nomē nouū in calculo clauſum. quia calcatis vicijs efficit cādidus interi⁹. ⁊ ſepe fruit conſolatōibus ſupne dulcedis que ignote manēt carnalib⁹ ⁊ tepidis. ¶ Ruminem⁹ igit ſedula mente/ pñtem verſiculum/ aduerſus deteſtabilē deſidiā ad igniendū nos ⁊ frēs noſtros/ i amorē ſpiritualis ꝓceſſus/ vt vicia noſtra curentur ⁊ donatōes celeſtiū virtutū/ in nobis augeant. Hec⁹ enī fraudabit a deſiderio ſuo fideles certatores. ſpūs ſctūs. qui vt viriliter certarēt hortatoria voce inſonuit dicens. Vincenti dabo manna abſconditū

Epiſtola de cuſtodia habenda ad ſeipſum.

Frater mi in ꝓpo dilecte/ videas q̄ modo caute ābules. q̄m dies mali ſunt/ mḡna cautela eſt ſeruo dei habēda. in oīb⁹ verbis ⁊ opib⁹ ſuis. Nā q̄ nō eſt ꝓuiſus i reb⁹ ſuis. aut cito ledit aut ledit. ⁊ magnuz damnū ſentiet in fine. q̄ſq̄s i ꝓncipio fuit negligēs aut ꝓceps. Diu ꝓpendēdū eſt antec⁹ fiat aliq̄d. ⁊ ſepius re currendū eſt ad cordis habitaculū. ne hō ſit abſq̄ cōſilio ſicut gens praua ⁊ exaſperās q̄ nō direxit ad deū cor ſuū. Igit̄ prece dat oculꝰ tuus oīa opa tua. ⁊ oīa age cum prudētia nec īcedas p aliena facta. te neglecto. q⁹ nemo illo ſapientior eſt. cui⁹ anima ſua ſemp in manib⁹ ei⁹ eſt. Nō h⁊ homo cariorē thesaurū nec meliorē ſubſtantiā ſuꝑ terrā (ſi bene cogitauerit) q̄z aīam ſuam. Debet igit̄ vigilare ⁊ ſemp eſſe i cuſtodia aie ſue. q⁹ nihil compari ꝓt ſaluti ei⁹. Salus ei⁹ ꝓſiſtit in veris virtutib⁹. odit ⁊ abhominat oīm̄e viciū. Quāto quis nitit cōtra vicia. tanto magis accedit ad virtutes. quāto virt⁹ ampli⁹ placet. tanto plus detestat eius contrariū. ¶ Cognitio vicioꝝ multū ꝓdeſt ad ſupandū vicia. plures nō cognoſcūt in veritate ꝓpios defect⁹. ⁊ qui dā q̄uis ſciūt/ nō ſatis pōderāt. aut ſi pōderāt/ cito oc̄los auertūt ⁊ obliuiſcūt q̄ tolerāt. Nō eſt ita faciendū kariſſime frat̄ reſiſtēdū eſt ſp malicie ⁊ iniq̄tati ⁊ remediū inq̄rendū ⁊ auxiliū a deo flagitandū. Maxime eſt autē obuiandū motib⁹ paſſionū in ꝓncipio pugne. q⁹ ſi magna creuerit. infirm⁹ hō vbi erit? Ex pua re fit ſepe grauis inq̄etudo. ⁊ ex verbo vno naſcūtur verba multa ⁊ de modico riſu: ſcaturit ſepe grādis diſſolutio. Parua ꝓtumelia generat ſtultū ⁊ incōſideratis hoīb⁹ difficilez exitū ⁊ pfundū vuln⁹. Bene ergo ⁊ prudēt agit q̄ oīm̄ib⁹ neglectis. ſe cuſtodit iudicat ⁊ ordinat. Tanto min⁹ ꝓt vnuſq̄ſq̄z puidere ſibi quāto proniorꝰ eſt ad cōſiderandū alios. ¶ Deſideras habere pacē. debz habitare in ſyon. hoc eſt vtile homī qui non inuenit requiez in hoc ſeculo. vt cōfugiat ad dñm. ⁊ cupiat cito diſſoluiz eſſe cū ꝓpo quia non eſt ali⁹ qui ꝓ nobis pugnet niſi ipſe q̄ fecit nos. Si ſentis inſurgere vicia oppone remedia que ſcis tibi eſſe vtilia. et que audiſti ab aliis. cogita ſemp ſi tibi deſeruiunt. Quotidie bellū gerendū eſt. q⁹m̄ tēptamur q̄tidie. nec eſt vict⁹ qui vicioſam cōſuetudinē ſepe rebellare ſentit. Dolere tamē debet q⁹ adhuc i eo malū viuit. ⁊ nō dū perfecte ſibi mortu⁹ eſt. Accipienda eſt ſemper noua fiducia. licet ſepe deiciat̄ hō ¶ In ſpeciali ꝓponendū eſt ⁊ cōtra illa vicia que magꝫ moleſtāt. ⁊ frequētius aduniūt. aliquādo ira. aliq̄n ſuꝑbia. aliq̄n cōcupiſcētia: cor boīs tribulat̄. ⁊ vehemēter inflāmat̄. ſed ſcuto ordinis. aut gemitu cordis. aut inuocatōe ſancti noīs ieſu. eſt occurrendū. ⁊ in celū reſpiciendū vndeveni et oīm̄e auxiliū. Et q̄n ſic oret vel ſimil̄r. O bone ieſu ſuccurre mihi mō. Eya dñe deus adiuua me Quid ego miſer agam ſi ne te q̄d incipiam: ⁊ quō finiā dies meos deus meus ⁊ Delius noſti. quid tibi ſit

necessariuz magis. qz et hoc quottidiana docet infectatio. et qualr euades/ docet et docebit spūsscti vnctio. Ibi igit q̄re amiliū z consiliū. z ab eo postula tui cordis refrigeriū ¶ Considera teipm. quid q̄ris in opib⁹ tuis: quid diligis z q̄d nō diligis Scōm desideria sua fit homo stabil'aut vagus. Qui multū conspicit. z multa habere vult. quō in se manebit? Dispgitur in oēm ventū celi. z capit laqueo desiderū terreni. Parua res est sepe. ꝓter quā adipiscendā/ generat homi perplexitas magna sed qui oīa a se expellit. ꝓmittēs vnūqōq; stare sicut inuenit/ bene in pace erit. q̄ vero multis se ingerit/ ac multa ordinat z regit/ iste seipm ledit z perdit. Et quia magis ter vult esse in rebus alienis/ nō est mirū si nescit esse discipulus in suis O quanta adhuc discere habet que nō videt. quātuz illi adhuc deficit. z o q̄z longe stat. Quid g vult se intromittere de alijs z que emēdare nō potest? Aut cur se implicat talib⁹ q̄ ad ipz nō ptinēt? Quid ptinz ad me niqs? Ut tantū cogites de te. z aliud quodcūq; fuerit pūcias procula te. In ista cogitatōne inuenies te. z custodies. z pficies maxime eris sepius liber a suspicatōe z indignatōe/ pax curabis de exterioz occupatione/ z gubernatōne eorū que fiūt in domo. Dilecte frater domin⁹ custodiat te ab oīni malo. custodiat animā tuā domin⁹.

A Epistola pro cōfortatōne cuiusdam tentati.

Suscipiamus carissime de manu dei q̄cq̄d voluerit sup nos venire de⁹. nihil enī sine iusta z certa causa agit in terris Et ideo curemus nos deo subiicere cor nostrū z sensum nostz vt respiciēs humilitatē z patientiā nostrā. bn̄ disponat desideriū nostz Inclinem⁹ nos sub sctā z gloriosa maiestate ei⁹. qz puluis sum⁹ z cogitem⁹ q̄z magnū z dignū sit vt re cogitet aliq̄n de nobis de⁹ Et hac humili estimatōe sensus nostri/ z accusatōe culparū nostraz/ ꝓfessiōeq; iusti iudicij dei (qō vt freq̄nter occultū semp autē rectū est) ap prehēdam⁹ spem z ꝓfidentiā ad ipm. z oremus largiter. ac ab alijs etiā intime flagitem⁹ oroēs q̄rin⁹ sua maxie pietas nostrā miseriā z tribulatōem tantaz tentationū imutare dignet. ¶ Nec ideo diffidam⁹ de nobis. qz multa cōtraria sentimus z patimur. z sepius q̄z vellem⁹ z grauī⁹ q̄z alij tētamur. Vel qz inc̄stantes sum⁹ z tā paz laborare possum⁹ seu q̄ totiens cadimus z tarde resurgim⁹ Aut q̄ tā indeuoti z aridi inuenimur z puū appetitū ad virtutes z ad deū sentim⁹ Oīa ista solent bonis accidere. et sepissime deuotissimi. talia sunt exempti. Cū ergo talr nos affligi senserim⁹ intr tristicias totidē/ dño humilr dicam⁹. Dñe de⁹ si dign⁹ nō sum/ nec tibi placz vt liberer a pressura cordis mei/ saltē hoc mihi largiri digneris/ vt patiēs sim. vt non murmurē cōtra virgā tuā qua me pcutis Memor eterni bn̄ sum q̄d canit in ecclia tua Tōsiōib⁹ pssurz expoliti lapides: z qz illic introducit ois q̄ p xpi noīe hic in mūdo premit. Propter qō peto vt quacūq; pro culpa ista patior/ ad meā purgatōem semp ꝓuenire facias. z p signo clemtie nō reprobatiōis furore/ capienda eē doceas. Debem⁹ ergo sic nos dño. integro affectu resignare z pl⁹ eius bonitati confidere q̄z audem⁹ postulare. Eius creature sum⁹. z ipi cura est de nobis. q̄ vocauit nos ipe adiuuabit nos. z custodiet nos a tētatōe hac eternū. vt nō velim⁹ cū hoc mūdo gaudere neq; latāviā quā multi tenēt/ denuo ābulare Ammoneo te attēde scripturas sctās Seq̄ vis xp̄z. an mūdū istū: Credis apostolo an magis pho? Christ⁹ dicit Intrate p angustā portā q̄ ducit ad vitā. Et iterū. Tollite iugū meū supervos z discite a me qz mitis sum z humil' corde. Dicit aplus Nolite ꝓformari huic seculo z si scōm carnē vixeritis moriemī. Nemo vos seducat inanib⁹ verbis Quicūq; sunt xp̄i/ carnem suā crucifixerūt cū vicijs z cōcupiscentijs Ego xpo cōfixus sum cruci. Ego stigmata dñi iesu in corpe meo porto. Mihi mūdus crucifix⁹ est z ego mūdo Oīa arbitroz vt stercora vt xp̄m lucrifaciā Ista sunt verba aplica. Sz apō phos z seculi prudētes/ talia nō inuenies Et q̄uis alicq̄ gentiles ꝓtemptū diuiciaz laudabāt z voluptates spernebāt. Et coz doctrinā multi bodie ꝓmendāt De xpo tū nihil sciebāt. nec eternerite amore/ id agebāt. sed cuanuert in cogitatōib⁹ suis. Et oēs (ni falloz) homines cupiūt eē cū xpo z ad pp̄m ei⁹ ptinere. sz paucivolūt sequi vitā xp̄i Itez dicūt se diabolū odirez ei⁹ vestigia nolle seq̄ sz vita paucoz ꝓtinētiū se a secl'aribz actibus carnalibusq; desideriis oīt/ qz multi

sunt extē ei⁹. Opa phant cuius fuus ds fuerit. Ait ergo xps. Qui seq̄t me. nō ambulat in tenebris. sed hēbit lumē vite. In mūdū hūc ego venivt q̄ nō videt videant et q̄ videt ceci fiant. Ac si diceret Ego hūilis et paup in hoc mūdo apparui hoīb⁹. vt exēplo meo. efficiant simplices et humiles et intelligāt opa ōina. et celestia miracula/ ad credendū mihi. Et q̄ seipsos pcētores et quodāmō cecos et iuscios cognouert/ per grām meā illūiari digni erūt. sicq̄ capiūt deuota hūilitate/ qō supbit apō se sapientes/ neq̄q̄ intelligere queūt. atq̄ idcirco i cecitate cordis et stulta opīone manēt. estimātes suā doctrinā certiorē meā āt dubiosam. et mūdo ericialē. Sicut olī iudei xp̄z pñtē in carne ptēnebāt. sic mō plures carnales eū ptēptui hūt. et in cecitate pchdoz pseuerāt. Dalunt pot⁹ credere sibi q̄z euangelio et carni magis fuire q̄z deo. atq̄ ideo lōgos optāt dies et voluptuosos sup terrā celū autē respicere negligūt. et q̄z velocit tollent nō attendūt. Hec si cogitas/ nimirū senties meli⁹ eē seq̄ hūilez deū crucifixuz et passum p nobis et merito debere nos pati cū illo et relinq̄ a pntib⁹ et amicis in hoc mūdo. Hanc igit apō eū q̄ te vocauit/ et ne discedas ab amore ei⁹. sz ascēde arborē crucis vt indevideas ihm ābulantē. et viā ad eternā vitā pparantē. Hec ē via ait xp̄s pheta ambulate in ea. Dia crucis vita nostra. via electorū. via paucorū via amara. via vite et salutis. via breuis. via directa via laboris. via pfectōis. Dia inq̄z crucis est sed ducit ad gl'am. ad latitudinē. ad regnū electorū. ad multa milia et freqntiā angelorū. ad dulcedinē mirabilē et interminabilē. ad longitudinē dierū in sec'm seculi ad desideratū finē oīm fruitionū et appetitū cordiū. ad reqem et pacē securissimā. ad iocunditatē et exultatōem amenissimam. Que breui quodā versiculo ō cātat in festo sctē crucis. pulchre tāgunt Serui crucis crucē laudēt. qui p crucē sibi gaudent vite dari munera Quia ergo vita xp̄i crux fuit/ dz vita xp̄iani etiā crux esse. Et m'to magz vita monachorū clericorū. et oīm religiosorū in cruce erit. Extra crucē nō est sal⁹. pter crucē ñ venit ad regnū xp̄i Oportebat pati xp̄z. et resurgere a mortuis et ita intrare in gl'am suā. Si aliā viā q̄rim⁹/ erram⁹/ et in pditōem ducimur. Et q̄ crucez fugere cupim⁹ in medīū lacus ardētis picis et sulphuris incurrem⁹ Crux nrā/ eterno cruciatui ppata. est delectabilissima. labor nr̄. ppetua reqe donāda leuissim⁹ est. Frangere volūtatē p̄priā/ crux est. et forte q̄ maiorvir ē. sz in iferno ds vnq̄z vl'i mimo sua volūtate vtit cū sp qō nolit pati cogat qō voluerit nūq̄z accipiat. Fili inq̄t recordare q̄ recepisti bona in vita tua. et lazar⁹ silr mala. Comedisti bibisti et saturat⁹ es nimis. Deliora et delicatiora elegisti tibi vestimēta et ornat⁹ es. Risisti. cātasti. saltasti. prē letitia. nec phibuisti cor tuū a voluptatibus. sz qōcūq̄z libuit. sine ōi dictōe implesti. Et hec extimasti ptē tuā. et regnuz tuū. et gl'am tuā. nec de lazaro quicq̄z cogitasti. quantū egeret. quantū pateret. q̄ntū infirmaret. Recordare ergo fili. q̄ recepisti bona in vita tua. et lazar⁹ silr mala. Hūc autē hic ꝓsolat. tu vero cruciaris Ille diuz viuerer crucē habuit et ad modicū spaciū se sustinuit. tu diu z viueres. celū tuū in tra habuisti et libēter vitā i delicijs ptraxisses sed nūc ille nec penā corpis nec aīe patit. sed in reqe beata letat. tu vero et mō cruciatū in aīa habes. et postea siml'in corpore et aīa torquēdus condēnaberis. Hec medita re inter tētatōes tuas et dño aspirante cessabit earū īpetus. Hā solet ardor ardore expelli. et labor labore grauiore minui. Ista ergo in loco isto quē elegisti. et eleua pacīe clipeū ō ictus tētatōnū mori eligēs magis q̄z cedere antiq̄ hostis veratōibus Qui vicerit ait spūsctūs. faciā illū columnā in templo dei mei et scribā sup eū nomē p̄pris mei nomē ciuitatis noue hir'lm. In sup sctōrū exēpla intuere. et eorū suffragia iugit̄ qre Demto q̄ntū scti p̄vita eterna laborauerūt. in q̄ nūc cū xp̄o sine fine regnantes gaudēt Quāto in mūdo despectiores et pauperiores fuerūt/ tāto nūc gl'iosiores et nobiliores in celo fulgent. Propt̄ amorē igit̄ xp̄i/ et locus et status īferior sp pl⁹ placere dz. et dulcescere cordi tuo. q̄z vanitas ē/ in hac vita aliq̄d apperere. Quāto in īferiori et hūiliori statu ds fuerit/ tāto verius sepē bona agit. et facilius habita custodit Si alīj pcedūt nos/ q̄d ad nos. Sequamur ihm hūilitate et simplicitatē et nō cūremus hūanā vanitatem. Nos xp̄ter xp̄m stulti ignobiles et infirmi. Nos xp̄ter illuz libēter simus abiecti et nouissimi reputati Ego inq̄t sum vermis et nō homo obprobriū hoīm et abiectio plebis. Que maior

gloria q̄z cū xp̄o gloriari in cruce Que ma
ior consolatio cordis. q̄z portare viuentē
imaginē crucifixi? Confortare igit̄ & esto
robustus. & ne timeas q̄ ego recū sum vt
liberē te dicit dñs. Compassus tibi locu
tus sum tanq̄z infirmo vt parit̄ in dño cō
solati. p ip̄m cōualescamus in ipso. amē.

Epistola de cōuer
sione & pseuerantia in bono proposito.

Dilecte frater/ intime cōgaudeo ti
bi q̄ inueniſti locū deo seruiendi
Sit dñs noſter ex hinc bñdictus
q̄ te dignatus est vocare ad suū seruitium
Agnosco hāc vocatiōez donū dei esse. q̄m
nō ex meritis tuis sed ex misericordia su
am/ de seculi vanitatib⁹ te eripuit. & in ele
ctā societatē p̄duxit. vbi audires atq̄ ocu
lis etiā cerneres/ q̄liter illi fuires. Quam
multi diuites nobiles & potētes/ quā mul
ti sapiētes & rāti & famoſi adolescētes i hoc
seculo miserabil̄ fluctuāt & abicere iugz
diaboli a suis ceruicib⁹ nō p̄ualent. nec il
lo spū adhuc mouent̄ vt seculo renunciēt
O vanitas vanitatū. mundū diligere. &
que dei sunt min⁹ curare. venit tps veniet
cito tps q̄n oēs seculares & carnales dele
ctatōes/ sil̄ finē bēbūt. Et tūc relinquēt vl̄
inuiti p̄ns sec̄lm q̄ mō volūtarij nō sunt/
abrenūciare pōpis ei⁹. Tu āt dilecte frat
maiorē grāz a dño accepiſti. q̄ int̄ tot so
dales tuos/ a multis piculis corpis et aīe
a laqueis diaboli es p̄seruat⁹ & in loco ap
to ad saluādā aīam tuā constitut⁹ O quā
tas grās deo debes q̄ tibi regnū suū p̄me
rendū obtulit/ qō diues pecunia posside
re nō p̄t. Et q̄n mirāda dei grā vt inualid⁹
& impitus. sanctoz viaz fortiter ambulet.
quā robust⁹ & doct⁹ vix̄ sec̄q̄ valet Recogita
vbi nā sunt olim tecū studētes. vbi illi fa
miliares socij cū quib⁹ viuere & ludere ex̄m
carnē dulce erat. cū quib⁹ pegrinari in re
motis ptib⁹ nō amore xp̄i sz cupidine tpa
lis p̄cessus et lucri/ iocundū tibi videbat
q̄n multi iā obierūt q̄n multi etiā vagi in se
culo remāserūt. Bene de ip̄s cū scrō moy
se dicere potes cōsideratis finib⁹ eoz Vti
nā sapent & intelligerēt ac nouissima pui
derēt. Audisti alios romā p̄gere & p bene
ficijs laborare: alios pisius residere & ad
magisteriū tendere: alios p̄ceptis dignita
tib⁹ & p̄laturis/ in medio ppl̄i iā exaltatos
esse. Tu āt quid? Grās deo q̄ nihil bonū
attēptasti ymo & propt̄ xp̄m iā veluti ster
cora ista mūdana culmina & gaudia repu
tas. adiecisti etiā teip̄m cōtemnere. loq̄ns
cū beato Dauid. Elegi abiect⁹ esse in do
mo dei mei magis q̄n habitare in taberna
culis peccatoz Tu itaq̄ elegisti hodie do
minū deū in patrē cui fuire regnare est. p
quo humiliari in p̄nti seculo/ eterne exal
tatōis tibi causa erit p̄o illo. labor reqes
penuria diuitie. cōtempt⁹ honor. tribula
tio p̄solatio infirmitas robur meror. gau
diū tibi semp sit. Et quo puri⁹ & ardenti⁹
cum amaueris/ eo viliora trena oīa censē
bis Caue tamē carissime ne aliq̄n per
mittas maligni spūs p̄silū intrare cor tu
um. vt p̄tristeris q̄ amicos & socios reliq̄
sti. & quia ipsi iā magni dñi effecti nunciā
tur. & tu adhuc p̄manes in innocētia tua.
Noli audire eos qui te in aliā viā conant
trahere. & dicūt: vsq̄quo sic trāsies? & qua
re ad altioris stat⁹ gradū nō tēdis? nec ali
ad op⁹ inchoas vñ alijs etiā aliquē fructū
feras? Solet enī diabol⁹ post aliq̄ tpa cō
uersiōis/ temptare seruū dei de p̄teritis re
bus in seculo. de amicoz visitatōnib⁹. de
multoz socioz suoz p̄uersatōnib⁹/ q̄tin⁹
talib⁹ cogitatōib⁹ eū retrahere possit ad se
culū. aut impedire a p̄fectu & ab obliuiōe
mūdanoz Sed crede exp̄tis/ nocet ser
uo dei memoria & retractatio vite secular̄.
qui nōdū plene sibi est mort⁹. Nocet eti
am p̄suasio blanda multoz loquentiū de
altiori gradu. & meliori loco q̄ veluti sapi
entes/ p̄udēter consulere volūt. sed sensuz
xp̄i/ in abiectiōe & humilitate/ in fuga mū
di & tenore artioris vite nō habent. Nam
nudū xp̄m sec̄q̄ aut recusant aut pigrescūt
incipe. Nevideant̄ p̄timis solaciū subtra
here. Et quia grām nō sentiūt quib⁹ deus
sibi seruiētes & oīa relinquētes imbuit &
confortat/ durū sermonē hūc esse dicunt/
oīb⁹ amicis & rebus q̄p̄ijs abrenūciare.
Et sicut ip̄i sapiūt. ita & alijs libēter p̄sua
dent Sed ꝰ tales loq̄tur sentētia saluato
ris Cauete inq̄t ab hoib⁹ Multi enī sunt
q̄ pulcris sermonib⁹ & aptis (vt ip̄s vide
tur) rōnibus viā leuē & planā p̄mēdare sci
unt. & hoiem impitū q̄nq̄ iustificāt & lau
dant atq̄ p̄ tales ex̄mones/ bene p̄ficientē
& firmit̄ stantē/ q̄nq̄ vacillare faciūt. Ve
runtamē deus contert dentes eoz in ore
ipsoz q̄ iuxta iter sanctoz nō ambulant
neq̄ loquūt. Nō veniat aīa mea in p̄silū

eorũ. z dom⁹ eorũ lõge sit a me. ¶ Ideo q̃s frater dilecte nunq̃s placeat tibi talia audire z multo min⁹ credere velis. Siue enĩ diabolus instigat siue hoĩes fabulent. qõ incepisti i eo pmaneas obsecro. Recurre ad euangeliũ z optimũ audies remediũ. Qõ prodest homi si lucret vniuersum mũdũ/ seipm aut pdat? Hoc apud te semp retine z cui⁹ vis man⁹ pugnauerit cõtra te. scuto euãgelico vtere. ¶ Sed solẽt quidã hoĩes sine spũ z scia dei obijcere qũ q̃s secl'o renũciantib⁹. Ergo q̃ in seculo sunt pibunt. et vos soli salui eritis. Aut nõ pt aliq̃s venire ad celũ. nisi ita viuat sicut vos viuitis. Quid fabulami sic iniuste cõtra deũ z seruos dei? Neq̃ hoc x̃ps dixit. neq̃ serui ei⁹ ita locuti sunt. Bñ facite iuste viuite. z mãdata dei custodite. z nemo vobis salutem negabit. Ad hec illi iterato. Mandata in quiũ t vellem⁹ fuare. sed nõ possum⁹. si debem⁹ lucrari victũ z necessaria vite/ oportz nos sepe cõtraria agere. Qui cũ seculo cõuersamur/ secularia negocia quõ cauebi⁹? Si ista pfecte cõsideratz/ z picula atq̃ fallacias mũdi nõ ignoratis/ qd ergo oblo q̃ mini qr fui dei mũdũ fugiũt? z monasteria deuotorũ aut cõgregatões intrãt? vt deo sine tali impedimẽto seruiãt. Si imitari nõ vultis aut nõ valetis/ ad min⁹ congaudere z adiuuare bonos p̃ vestra salute deberetis. Sz nõ plus frat de istis qr nec tal'r loq̃ntes excusatõem hñt de pctis suis. Cõstant igit age. x̃ps q̃ tibi incipe donauit. ipse pficiet cõsolidabitq̃. in finẽ p̃positũ tuũ. Ecce tps breue. mors incerta. oĩa caduca in mũdo z vana. Multi iam in sepulcr̃ ferent q̃ diu se viuere estimabãt. Recesserũt a mẽoria hoĩm q̃ in oratione versabant oĩm. Colit mũdus pñtes. absentes neseit deserit moriẽtes. Beati⁹ ergo p̃tenere fallacẽ z seq̃ veritatẽ q̃ nob p̃it p̃cedat vitã et.

Epistola de pia memoria defunctorũ.

Multũ iam tpis p̃terijt dilecte frat'. in q̃ decreuerã aliq̃d p pia memoria defunctorũ caritati tue insinuare z maxie pntũ nostrorũ z amicorũ specialiũ. oĩm q̃ deuotorũ quorũ noĩna de⁹ in libro vite scribere dignet. z inter sctos suos collocare aĩas eorũ in celis/ sicut z corpora apd nos sepulta sunt in terris. ¶ Nos debem⁹ libẽter p eis z pro oĩb⁹ fidelib⁹ defunctis orare. qr hoc op⁹ summe caritatis est z mie. Sicut igit nobis subuenire post mortẽ desideram⁹/ ita z eis quantũ meli⁹ possumus dño opitulãte subuenire laboremus. Qui enĩ p aĩarũ liberatõe fidelis z sedulus fuerit. nimirũ z sibiipi plurimũ proficit. cũ pro talib⁹ orãs neq̃q̃s se spoliat fructu orõis. z insup sibi recordatiõem mortis adducit. z vix sine p̃uctõnis grã ad solita redit. sciens qr oẽs viaz vniuerse carnis ingressuri sumus. z qd illi iã explerũt/ certissime sibi cõstat futurũ. ¶ Ore m⁹ igit p caris nostris. qr p⁹ modicũ ipos seq̃mur. z cũ meli⁹ habuerint. oĩno in eade necessitate recordabuntur nostri. Non sit fides nostra ore ten⁹. neq̃ q̃ i facie sunt respiciam⁹. sed dilectiõem faciamus siue pñtes siue absentes corpal'r fuerim⁹. Caritas enĩ nunq̃s excidit. z q̃ se in veritate diligũt/ seipsos oblinisci nõ poterũt. In necessitate probat amicus fidel'. Etenĩ impium z crudele nimis/ si videas fratrẽ tuum aut cordis tui amicum. carceri traditũ vel flammis iniectũ/ nec moueris ad fletũ. et cũ manũ porrigere possis/ nihil agis caritatz. at etiã si loq̃ aliq̃d p eius quiueris liberatõe clauso p̃tãseas ore. ¶ O fidelem samaritanũ/ qui viso hoĩe vulnerato a latronib⁹ z expoliato/ mĩa mot⁹ est? Heu heu pĩcernarũ magistro/ q̃ oblitus est ioseph sui interptis/ cuz de carcere esset eductus. Sic timeo q̃ multoriẽs cõtingit. cum aliq̃s amicorũ obierit z p se instãter orare petierit/ ac fidei viuentiũ se p mẽdauerit/ q̃ ñ nunq̃s oblitionẽ accipit. aut puã z tardaz sentit aduenire expiatiõis hostiam q̃ speraret. Propt̃ qd dilectissime. meipm et te pariter ãmoneo vt pietatis oculũ frequẽter dirigamus ad memoriã defunctorũ. z quicq̃d p eorũ absolutõe nouerimus p̃odesse/ deuota exeq̃mur festinatõne. ponderãtes q̃s graui tenent⁹ tormẽto. z quia nisi purgati fuerint/ ad req̃em trãsire nõ p̃nt. Eorũ etenĩ p̃solatio/ maxime in x̃pi meritis z sctorũ suffragijs z fideliũ cõstat oblationib⁹. Simus g̃ feruẽtes ad soluẽda beneficia salutaria z deuote oremus p̃ eis general'r z priuati. Attente vigilias legamus libẽter z sepius ad missam mĩstrem⁹ z cum sacerdote vota labiorũ nostrorũ in conspectu veri z summi sacerdotis offeramus. qui est hostia dignissima ad exhauriendum oĩm pctã. In illa hora dum x̃ps

in altari inter manus sacerdotis deo patri pro salute viuorū z defunctorū offertur. te ipm cura cū oīb tibi in ozōe cōmenda/tis/offerre in acq̄sitōem z possessionē perpetue salutis. zvt oēs sint pticipes huius pretiosissimi sacrificij qō īmolatus semel in cruce/ sufficiēs est pretiū pro peccatis totius secū. habeas tūc specialem memoriā eoz q̄ tibi sunt ꝯmendati. z recita noīa eorū in pñtia xpi. z reuerēter ac deuote se/pius flecte genua cordis tui vbi consistis ante fontē miserationū dñi ¶ Quotiēscū q̄s etiā te ad pceptōnem corpis xpi prepaRas/z pceptū tecū habes/esto queso mēor fideliū defunctoz. z implora tāto ardēti⁹ misericordiā ei⁹. quāto certius retines in te pignus eterne redemptionis. Sepe de mane. sepe de vespere. sed in labore et tempore scripture. carissimorum tuorum recogita obitū. quō habeant z qūo aliquid facias p eis. qō ipsis pt prodesse z tibi nihil obesse. ¶ Anteq̄ comedā/suspiro ait sanctus Job. Et quo verbo/ pietatis tibi z cōpassiōis innuit opus. vt nunq̄ cibus corpalez sumas/nisi prius fidelib⁹ defunctis aliquam spiritalē elemosinā mittas. Ego noui aliquoz talē esse cōsuetudinē qui signo refectorij facto/se expediūt z vacant orōi ad refrigeriū animarū fidelium quorū elemosinas sustentant. zc.

Finiunt epistole.

S Incipit tractatus

eiusdē de passiōib⁹ aīe edit⁹ ān⁹. m. cccc. ix

Passionē feruorē. effectū z originē cognoscere/ prodest anie ad deuotōis scolā vocate Sane quēadmodū summa vicioz est trāsisse in affectū malicie/ itavt ipm iā vitium ex intimo sensu placeat. sic culmē virtutis est/ trāsisse in affectū iusticie. Affect⁹ vero/ vl' est passio ab agēte derelicta in potētia cognoscēte. vel silitudinē hz passionis. Hō est autē deuotio sine affectōe Hā deuotio q̄d aliō est/ q̄s extēsio vel elevatio mētis i deū p piū z humilē affectū ¶ Rursus. ois virtus cū sit affectio moderata et ordinata. viciū ex defectu modi z ordinis in affectib⁹ pueniat/ nunq̄d non salubris erit affectionū passionaliū cognitio. z passionū quippe ignorata q̄litate/ neq; virtutū/ neq; habituuz īmo nec ipsi⁹ hois neq; tentationū suaz multipliciū/ poterit sufficiēs n̄ oticia vel ars adipisci. ¶ Quo pacto deniq̄ sicut oportz orabim⁹ mēte. orabim⁹ spū. iubilantes in cordib⁹ nostris et laudātes deū in psalterio decacordo cū cātico in cythara/ si desideriozū z affectionū que suauē hanc armoniā reddere habent/ natura ignorauerimus ¶ Sentiūtur ab idiotis z simplicib⁹ aliquādo experimentaliter tales affect⁹ nec negam⁹ Verunt̄ addītio doctrine multū ꝯfert. ¶ Hac ꝯsideratiōe pmoti sunt scī pres. noīati poemē z arseni⁹/ i quoz orevix aliq̄d nisi de passionib⁹ aīarū/ sermo versabat. ¶ Presentē igit̄ materiā de passionib⁹ z eaz conditōibus/ de causis z effectib⁹. de modo q̄z vtendi eis/ placuit sub aliq̄b⁹ ꝯsideratōib⁹ pertractare Id qō reliquū erit (multa autē relinquētur) inueniet apud sctm Thomaz in prima scōe. vij. q. xxij. z deinceps Addatis quos allegat doctoribus.

Prima cōsideratio

Passio est inclinatio q̄dā vel coaptatio seu silitudo z cōueniētia/ derelicta ab agēte in passum. p quaz trahit q̄odāmodo ipm passum ad agēs aut eidē coaptat vel assimilat z refugit cōtrariū ¶ Certe quemadmodū ignis generans ignem ex aere/ relinq̄t in igne genito caliditatē z leuitatē q̄ leuitas suo pondere vel tractu mouet sursum ad simile ignē. z dū illic est q̄escit. odit vero locū deorsuz tāq̄ sibi non cōuenientē z refugit ipm neq; quietē hz in illo. Sic homo ꝓportionabiliter affect⁹ p amorē ad aliq̄d inclinat ad illud Et si nō habz/ desiderat seu cōcupiscit ipm. Et si adipiscit̄ quiescit z delectat i eo. Odit vero cōtrariū z abhorret appropīationē ei⁹. etsi ei coniūgit̄. dolet seu tristatur ¶ Et he sunt sex passiōes tres respectu boni simplicis. z tres silr respectu mali. p ut infra docebit̄. amor. cōcupiscētia. delectatio. odiū. fuga. dolor. vel inq̄etudo.

Consideratio II.

Passio q̄libet insecq̄t cognitōem vl' coniūctā vt in cognitinis. vl' non coniūctā vt i nō cognitinis. Hz itaq; q̄libet ens naturale suas inclinatōnes certas. tanq̄ rememoratū z directū ab intelligētia nō errāte q̄ de⁹ est. Agit q̄ppe de⁹ oīa tanq̄ bonū summū suiipi⁹ diffusiuū. z ꝓpter seipz creauit oīa tāq̄ finis oīm.

Ideo bonū quod habet rōem efficiētis ⁊ finis ponit a beato Dioni. primū nomē dei. ¶ Consequens est igit q̄ in re qualibet de linquat de passionē. que sit assil'atio quedā vel coaptatio ⁊ cōueniētia vel inclinatio ⁊ tendētia ad ipm. fm ordinē sue sapiētie. in q̄ fecit oīa in nūero pōdere ⁊ mēsura ¶ Hec autē inclinatio general'ad finē vltimū p fines pticulares ⁊ primos/nominat q̄dq̄ appetit⁹ vel affectio natural'. q̄dq̄ pōdus rerū. q̄dq̄ tract⁹ seu tendētia q̄dq̄ amor insit⁹. q̄dq̄ lex. q̄dq̄ regl'a. q̄dq̄ instinct⁹. q̄dq̄ eq̄tas natural'. q̄dq̄ fedus rer⁹ stabile. q̄dq̄ sensus nature. aut aliq̄ tali vocabulo. ¶ Dq̄ res eadē est. q̄ sepe nihil dicit supadditū ad ipaz naturā. neq̄ vt accidēs. neq̄ vt habit⁹. sed vt ipa natura talr instituta q̄ ex agente deo ⁊ disponente oīa fortiter atq̄ suauit/hz tendere in talē vl'talem finē ⁊ moueri ad illū si absens sit. nisi impediat. ⁊ q̄escere in adepto. odire vero contrariū. fugere q̄z. nec in illo q̄escere.

Hoc somniasse visus est Eraclit⁹ dicens oīa fieri p litē ⁊ amicitiā. Hoc q̄z vidit Aristo. enūcians bonū esse q̄d oīa appetūt. ⁊ hūc esse finē oīm deū cōfessus est. q̄ sol⁹ sic est ineffectibil'ab alio/ sic ipassibilis sol⁹ inuenit. tam passiōe pfectiua vt ē illuiatō in celo. q̄z defectiua sic dolor in corpe aīato. Nisi fortassis q̄s abuti ausus diceret in emanatōib⁹ diuis repiri passionē. sicut generatōem filij passiuā dicim⁹. ⁊ similr passiuam spūssancti spiratōem.

Consideratio. III.

Passio seq̄ns cognitōez ꝓuctā/repitur in oī virtute cognitiua. in q̄ passiōes derelicte ab agētib⁹ ichoant. ⁊ termināt in appetitiua virtute. ita vt passio tal'/generali noīe describi possit q̄ est inclinatō vel mot⁹ pueniēs ex cognitōe vel apphensiōe alicui⁹ vt ꝓueniētis vl' discōueniētis pntis vel absentis. ¶ Et sic/dē mot⁹ ille q̄ q̄dq̄ successiu⁹ est q̄z pmanēs vel immanēs sic est amare. Si inq̄ cōseq̄t ad cognitōz pure sensitiuā/ sic dr passio aīal'. Si vero seq̄t cognitiōz ipsi⁹ rōis deliberātis vel dictātis de pticularib⁹ agēdis/sic dr passio volūtaria vel rōnal'vl' cōsciētiosa. Si vero seq̄t cognitōez pure intellectualē seu mentalē/in cui⁹ luīe cognoscunt pria principia moralia. sic pt notari passio sinderis vel mētalis excessus vbi fit raptus ⁊ extasis ¶ Et ira q̄druplex genus passionū pt apud hoiem inueniri. naturaliū. aīaliū. rōnaliū. intellectualiū. ¶ Et qm̄ apd phantes pncipal'sermo ē de passiōi/b⁹ ꝓsequentib⁹ cognitōz sensitiuā/ tā in aīalib⁹ q̄z in hoib⁹/eo q̄ ad illas trāsmutatur corp⁹ trāsmutatōe sensibili/ ⁊ ad trāsmutatōes istas sil'r ipse passiōes aliq̄n ꝓsequūt. Existimam⁹ idoneū tractare pnō sepatiz de passionib⁹ hmōi aīalib⁹. q̄b⁹ cognitis/ facile erit p sil'itudinē ⁊ coaptatōem de reliquis tam naturalib⁹ q̄z volūtarijs q̄z intellectualib⁹ habere sermonē.

Consideratio. IIII

Passiōes aīales/cognoscūt ex subiecto ⁊ obiecto ⁊ effectib⁹. ¶ Suū equidē subiectū est vis appetitiua sensual'. q̄ respicit bonū tpale pticulare b vel illō tanq̄z sibi ꝓueniēs. ⁊ malū tāq̄z discōueniēs ⁊ hoc sub rōe cōmodi vel icōmodi. q̄z rō iusti ꝓprie non est ibi nec fm eā p prie sumūtur passiōes. sz magis ipe virtutes/in ipa rōne ⁊ mēte ¶ Causat ergo motus quidā in appetitiua virtute/ꝓsequenter ad apprehēsionē virtut⁹ cognitiue sensualis exteriozis vel interiozis. cui⁹ obiectum est vel simplex. velut quedā adeq̄tio rei cognite ad ꝓgnoscentē. bonū vero supaddit ꝓuenientie rōem. ¶ Et qm̄ bonū cōmodi pt cōsiderari absolute sine ꝓctione aliqua vel ꝓsiderat nūc vt absens nūc vt pns. nūc vt arduū ⁊ difficile. atq̄ ita ꝓportionabil'r de malo. ꝓterea fm hoc diuersificat vel ramificat virt⁹ appetitiua. ⁊ sil'r passiones.

¶ Est q̄p̄ virilū appetitiua q̄z alia concupiscibilis. alia dr irascibil'. quaz distinctio sumit ex obiectis. nā vis cōcupiscibilis respicit bonū vel malū nō sub rōe aliq̄ difficultatis vel arduitatis. Dz qm̄ multa supuenūt nata ipedire cōcupiscibilē in suā inclinatōe vel tendētia vel q̄ete circa bonū. ⁊ in odio fuga vel in q̄ietatōe circa malum. hinc data est ei tanq̄z ꝓpugnatrix ipa virt⁹ irascibilis q̄ tendit in bonū adipiscēdū vl' malū depellēdū/ nō vt simplr tale sz vt arduum ⁊ difficile adipiscibile vel euadi. q̄le nullū in deo repit ideo nec irascibilē būt vllam.

Consideratio .V.

Passionū nūer⁹ ⁊ sufficiētia sumit p tā a subiecto q̄z ab obiecto Vis itaq̄ ꝓcupiscibil'vl' respicit bonū

commodi absolute. ⁊ sic causat amor. Vel libido/q̄ vel q̄ est coaptatio vel inclinatio quedā/ad bonū ꝓmodi. Vel respicit illō vt absens. ⁊ sic causat desideriū ⁊ concupiscentia seu cupido vel cupiditas. q̄si satagens illō adipisci Vel respicit bonū ꝓmodiv tiā adeptū. ⁊ sic causat delectatio vel letitia vel voluptas. ¶ Dicendū q̄z est ꝓpō nabil' de trib' alijs passionib' respectu mali seu incōmodi. Quale si apprehēdit absolute sic causat odiū qō est discōueniē tia quedā ⁊ disproportio passi ad ipz malū Vel apprehēdit malū vt absens. licz vt imminēs. ⁊ sic orit fuga vel abominatō ⁊ horror. Aut apprehēdit ipm malū vt iaz pñs. ⁊ sic orit tristicia dolor ⁊ angustia cū sil'ibus. ¶ Et ita sex reꝑim⁹ passiones in cōcupiscibili. tres respectu boni. amor. z. desideriū ⁊ delectatōz. ⁊ tres respectu mali. odiū scz fugā ⁊ dolorē ¶ Rursus ipa vis irascibil' cū nō respiciat. bonū vel malū nisi sub rōe difficilis ⁊ arduj ad adipiscēdū/ vel fugiendū quale nullū est bonū vel malū vt pñs/propterea manet solū in tendē tia vel fuga. nā quicq̄d est pñs vel adeptū vt tale est cadit in cōcupiscibilis rōz Tendit ergo vis irascibilis in solū bonū vl' malū absens. tanq̄ difficile ad obtinendū vel refugiendū seu depellendū. Et si quidē ħ fiat respectu boni futuri cū fiducia adipiscēdi. sic orz spes Si cū diffidētia sic orz desperatio. Si vero fiat respectu mali futuri. ⁊ hoc cū fiducia repellēdi ⁊ oppugnādi sic habem⁹ audaciā. Si cū diffidentia sic met⁹ aut timor exorit. Et vtrobiq̄ fiducia vel diffidētia ꝑt inueniri. nūc cū certitudine. nūc sine certitudine. q̄uis iste passiones certitudinē magis importare videantur Sic ergo quatuor habem⁹ passiōes in irascibili/duas respectu boni difficilis futuri. spē ⁊ desperatōz. ⁊ duas respectu mali futuri difficil' audaciā ⁊ metū seu timorez. Supaddit q̄nta passio respectu mali ꝑteriti quā dicim⁹ irā dum vis irascibil' assurgit ad vindictā illate iniurie q̄ iniuria apprehēdit vt lesiua ꝓrie excellētie. ⁊ inductiua minoratōis seu vilipēsionis. ideo querit vicissitudo quedā lesiōis q̄si agēs cōtra patiat vt dignū est. ⁊ sic fiat quedaz eq̄litas. ⁊ hoc apꝓhendit vt difficile vel arduū Sz cur hec passio nō hz ꝓriā? Rñdem⁹ q̄ virt⁹ irascibil' sic offirmet q̄ nullo modo satagat vel audeat assurgere in vindictā iniurie iā illate. hoc nō fit nisi dupliciter. Una q̄ malū apprehēdit vt pñs et ineuitabile. ⁊ ita cadit sub rōe tristabilis ⁊ dolorosi. nec exit cōcupiscibilis rōez Aut hoc fit q̄ vis irascibilis nō satagit in vindictā. ⁊ ita cadit a rōne ire. q̄ reputat q̄ iniurias satis ꝓtra passus est aut ꝓtra patietur absq̄ vlla difficultate q̄ cūq̄ placuerit. ⁊ ita q̄etat seu q̄escit ⁊ quodāmō delectat tanq̄ in adepta victoria. ⁊ ħ itez̄ spectat ad ꝓcupiscibilis rōz Hic seq̄t arbor

Consideratio. VI.

y

Passionū aialiū/ꝓria ⁊ velut vnica p radix/est amor seu libido Amor quippe ai malis est inclinatio vel motꝰ ꝓsurgēs in aiali. ex apprehēsione boni vel tāq̄ boni sibi. vtpote q̄ valet ad suum eē vel bñ esse ꝓseruādū. Cū igit bonū prius sit q̄ malū (nā malū nō dicit nisi ꝓ uatio boni) ⁊ habit⁹ nō est dubiū prior est priuatōe (vñ nec aliq̄d odio habet nisi q̄ alicui qō diligit apprehendit esse ꝑfium) supest vt oēs passiones respectu boni/ꝑcedāt eas q̄ directe ⁊ de prorio malū respiciunt/tam incōcupiscibili q̄ in irascibili Inter eas vero que circa bonū versant. vt sunt desideriū. delectatio. spes. desperatio amor q̄ absolute bonū respicit. ꝓcedere bz passiones hñtes ꝓ obiectis bonū vt absens. vel vt iā adeptū. vel vt futurū ⁊ arduum. aut sub aliqua tali cōtracta rōe Habem⁹ conseq̄nter q̄ vis cōcupiscibilis prior est ad irascibilē. q̄uis passiones irascibilis freq̄nter ad cōcupiscibilē terminent vt spes aut audacia ad delectatōem si vincāt. desꝑatio ⁊ met⁹ ad tristiciā si vincāt cadūt ¶ Inueniem⁹ ꝑterea q̄ oēs passiones/reducunt ad q̄tuor ꝓncipales. duas in cōcupiscibili q̄ sunt delectatio ⁊ dolor. ⁊ duas in irascibili q̄ spes ⁊ met⁹ appellāt. Sed ⁊ sub generaliori ꝓsideratōe oēs reducūt ad duas fm duplicē rōem. scz boni ⁊ mali. ⁊ ille sunt delectatio ⁊ dolor. Tandē fit oīm ad vnā velut radicalē originē reductio. scz ad amorē. ꝙ ꝓsummatior ⁊ ꝓncipalior passio sit delectatio. ꝓsequēs hūc amorē vt q̄escit in re iā adepta ¶ Ampli⁹ vero ꝙ amor seu libido sit ꝓria passionū/ sortitur tñ ipsa cōcupiscibil' nomē a cōcupiscētia vel cupidine. Et iā fm fictōez poeticā dicit q̄ cupido de⁹ amoris est ⁊ filius veneris. ⁊ hoc q̄ bonū absens vel desiderat

tum magis facit se sentiri ceteris paribus rone defect⁹ z indigetie tanq̃ opposita intra se posita magis sentiantur. Silez assigre possum⁹ cãz. cur irascibilis ab ira potius q̃ a spe vl audacia noiet̃ Ira q̃ppe respicit minoratõem seu vilipẽsionẽ. q̃ int̃ mala maxie fugit. sicut ex aduerso excellentia magis appetitur. z ita appetitur vt vite p prie aliquãdo p̃feratur quẽadmodũ itroducit poeta. Euual⁹ rñt ad nisum. Et hic est anim⁹ mortis cõtemptor z illũ. Qui vita bene credat emi quẽ queris honorem.

Z Consideratio. VII.

Passiões oẽs in aialib⁹ brutis/censende sunt bone et pulcre. Explicgrã audacia z aiositas in leone et gallo. ira i tigride z apro revoluptas i porco hirco⁹ passere. timiditas i lepore. z oue fraudulẽtia in vulpe. adulatio in cane superbia in equo. tristicia melancolica in catto auaricia in cornice ¶ Itaq̃ passiões iste. neq̃ male sunt vl deformes in genere moris. cũ desit ipis aialib⁹ libertas arbitrij/ i qua fundatur rõ laudis vel vituperij. Neq̃ turpes dici p̃nt aut male in genere entis/ qm̃ ens z bonũ z pulcrũ cõuertũtur. propterea tantũdez hz q̃libet res sit substãtia sit accidẽs de bono z pulcro quãtũ de ente. nec hre p̃t malũ sz ritũ. Ampli⁹ vero q̃libet res naturalis dirigitur in suis motib⁹ ab intelligẽtia nõ errãte vt dictũ est/ iaz ex sentẽtia phorũ. cui phormãs se august. dixit q̃ de⁹ sic res q̃s condidit ãminístrat. vt eas p̃rios mor⁹ agere sinat. vbi ãt deest error z adest rei id qõ sibi ẽ p̃riũ. desit z turpitudo necesse est ¶ Passiões in brutis aliq̃n turpitudinis arguim⁹ vel horrem⁹ z odim⁹ z expugnam⁹ Rñdem⁹ hoc iõ fieri. q⁹ nobis z desiderijs nris aduersantur inferũtq̃ lesionẽ. aut aliq̃ tali rõne Hon/stra. pinde q̃ videt̃ ee pcã z turpitudies in natura/ quõ ad cãz primã z finẽ vltimũ relata pulcra sint/ videre facile est.

Z Consideratio VIII

Passiões aiales/ in hoib⁹ viatorib⁹ sunt vt plimũ vituperabiles z male turpes ¶ Inueniem⁹ hoc esse ex nõ solũ ex determiatõe fidei. sz ex naturali deductõe si pspexerim⁹ cõditionẽ z finem fm quẽ hõ cõdit⁹ est ¶ Hõ nãq̃ cũ sit nature rõnalis. ipe fact⁹ est vt discerneret inter bonũ z malũ. z vt magis bonũ magis diligeret. Constat vero deũ ee summũ bonũ. Ordinat⁹ est igitur hõ ad cognoscẽdũ z diligẽdũ deũ. in quo stat sua iusticia. sua bonitas z gloria. Oportet q̃z vt hoc assequatur aliq̃n hõ. alioq̃n frustra z insipiẽter ad hunc finẽ fuisset ordiatus supra brutalez naturã ¶ Et hac radice veritat̃ phice seq̃t q⁹ hõ dz summũ bonũ summe diligere et magis q̃ pua bona aut q̃ mala. Debz ad opatões ptis sue principalis q̃ est rõ magis inclinari q̃ ad illas corpis Debet q̃nto erit iustior iusticia morali/ vel nllo mõ vel minus affligi. Debet fm portõem supioz z diuinioz ac liberã/ dirigere inferioz z ei libere z sine cõtradictõe dñari Dz hre corpus suũ tanq̃ instrumentũ cõformẽ rõni. immortale. s. nec impediẽs sz adiuuãs rõem. ac min⁹ indigẽs q̃ corpa iferiox naturax ¶ Sz oim istox ac similiũ videm⁹ in hoib⁹ cõtrarium. p̃pter passiões corpis. que trahũt aiam ad dilectões sordidas z malas. trahũt in errores z superstitiosas isanias. trahũt magis ad opatiões corpis q̃ ad opatões virtuosas. trahunt ad obligatõem. ignorantiã. z inq̃etudinẽ trahũt ad afflictões ad rebelliones ad penã z mortẽ pl⁹ q̃ in brutis z in iustis sepe pl⁹ q̃z in iniustis ¶ Quid supest/ nisi concludere tales passiões esse cõtra rectũ z debitũ ordinẽ nature p̃mit⁹ institute. Hic aũt ordo nõ aliter q̃rri potuit z p̃t/ q̃z ex culpa libere ꝑpetrata p ingratitudinẽ contra deũ. sicut vidit q̃ deplorãs dicebat Hõ cũ in honore eẽt. zc. Sz heu iã nõ silis sz deterior z turpior. Sũt igitur passiones hmõi vituperabiles. q⁹ tollũt obedientiam Sunt z male turpes/ tanq̃z p̃uatiões in hoie ex vitiosa radice modũ spẽm z ordinẽ. p̃ueniũt q̃ppe iudiciũ rõis q̃ oporteret subseq̃. turbãt ligãt atq̃ tyrãnisant dominiũ rõis. ita vt nimis sentiat hõ illã sentẽtiã. Corp⁹ q̃ corrũpitur aggrauat aiaz Et illõ Jugũ graue sup filios adã. Deiq̃ multi phorũ experiẽtia z rõe p̃uicti ꝓfessi sunt hãc corruptõz. licet ad verã cãm neq̃q̃z q̃uenerit ¶ Tãdẽ ex his radicib⁹ q̃ m'tiplici⁹ extẽdi potuerãt/ necessitas oritur recreatõis hũane p mediatorẽ extz deũ z hominẽ. alioq̃n finis hũane creatõis i nihilũ corruisset̃ p tota spẽ/ q⁹ ñ ad gl'az sue vnificatõis z fruitõis sz ad penã etne dãnationis tota deuenisset̃. q̃ sapie dine sueq̃

potentie ꝛ bonitati/neꝯ decẽs neꝯ rõna bile ẽ ascribere. de⁹ quippe ꝛ natura nihil faciũt frustra. Hinc ortũ habuit illa exclamatio ꝓphica. Hunqd eivane ꝓstituisti filios hoim. dãs intelligi q nequaꝯ Notẽtur tñ ꝓ his que dictat seqns cõsideratio.

ℭonsideratio. IX.

OPassiões aiales/ꝓ statu nature ĩstitute/fuissent pulcerrime. Hui⁹ rõ est. qꝛ nulla ꝓuenisset iudiciuz rõis. sz ad obsequiũ/ꝛ nutũ eius vel surrexisset vel qeuisset. Sic in xpo neꝯ dolorẽ neꝯ cõcupiscẽtiã. neꝯ desideriũ. neꝯ spẽ aut metũ inuenire erat/aut aliã passionis cuiuscũq; filitudinẽ/nisi subseqnt ad imperiũ ꝛ dictamẽ rõis. ¶ Porro qlibet hõ q̃to ampli⁹ ꝓfecerit in virtutib⁹ moralib⁹ atꝯ gratuitis/tãto reformabit ordo iste ĩ eo. vt passiões nõ ꝓueniãt aut obruãt iudiciũ rõis. sz poti⁹ ad ei⁹ iussionẽ moderẽt Hinc ortũ est diuinũ illõ Arist. verbũ. q in virtuoso oĩa cõsonãt rõni. Si tñ est in hoib⁹ inuenire talẽ/ ꝓus q̃ corp⁹ mortale hoc corruptibile/induerit incorruptibilitatẽ/ꝛ immortalitatem ꝛ absorpta fuerit mors in victoria ¶ Sic fortassis eleuare naturã hũanã voluerũt ipsi stoici dũ dixerũt q virtutes sunt ĩpassibilitates. nõ vtiq; q virtuosi nihil sentirẽt aut paterẽtur/ alioqn lapidib⁹ eẽnt pares. Sz qꝛ passionẽ quãlibet/ ꝓuenit virtuosus. nec surrexit aliq̃ velut effrenis atꝯ tyrãnisans rõz Sz stat⁹ talis vtinã eque facilr adqreret q̃ pulcrez cito describit ¶ Epicurei ãt qꝛ naturã hũanã in bestialẽ detorqbant. nec aliqd pozro meli⁹ aut diuini⁹ ponebãt in hoie. dixerũt conseqnter passiões oẽs esse pulcras ꝛ optimas Ita enĩ de bestijs iam diximꝰ. ¶ Terez Arist. qi mediũ iter pegẽs negauit passiões oẽs bonas eẽ. quia multe ꝓueniũt ꝛ impediũt rõem. Negauit nihilomin⁹ oẽs iudicãdas eẽ malas ꝛ turpes. eas videlz q̃ rõe regerent. ¶ Puto q ex istis facile est elicere regulã generalẽ de morali bonitate vl malicia passionũ. Dũ enĩ passiones regi debẽt rõne nec regunt ille tunc iudicãde sunt aut criminalit aut venialiter male. nã sensualitas in hoie ꝓticipat de volũtario in hoc q ordinata est audire rõem. quã dũ renuit audire peccat ꝛ turpis est. bruta vero nullã hoc mõ hũt cũ rõne colligantiã. nec ordinata est eorũ brutalitas obtemperare rõni cõiũcte quã nõ habẽt. ¶ Sed ortꝛ difficultas de pueris et fatuis nõ habẽtib⁹ vsuz rõis ꝓmit⁹ institute. ĩ tantũ sunt sui mot⁹ illi passiõales turpes nõ habẽtes modũ spẽ vel ordinẽ qualẽ hũane nature postulasset integritas. ita vt veruz sit iuxta hanc cõsideratõez q nemo viuẽs est sine pctõ supꝛ terrã/etiã infans vn⁹ diei. Solus xps p⁹ pctm̃ ꝓmi hois sic habuit innocentiã originalẽ sic in solo regno aie sue/seruata est iugiter ab instanti sue cõceptõis/talis obediẽtia sensualitatis ad rõnem/qualẽ primaria nature institutio in hoie plãtauerat. ¶ Et talẽ neꝯ in virgie Maria neꝯ in Johe baptista dũ ĩfantes eẽnt/inuenire erat Quãuis hec destitutio nature. nequaꝯ imputaret tũc rationi ad culpã actualẽ vel mortalẽ vel venialẽ apõ eos. sicut nec apõ nos dũ infantes sum⁹ ꝛ dũ non hz ratio liberũ vsum suũ. absqꝯ oĩ pcedẽte culpa actualẽ nostra. Secus vbi culpa nrã in cã est ¶ Nihilomin⁹ eẽnt hic attẽdẽda multa circa conditõz stat⁹ innocentie. ꝛ circa libez dominiũ qõ habuissz ratio ꝓ oĩ tpe supza sensualitatẽ tã in pueritia q̃ in senio. tã motib⁹ potẽtiaꝝ naturaliũ cuiusmodi sunt nutritiua ꝛ vegetatiua ꝛ generatiua. q̃z sensitiuarũ sicut sunt imagiatiua ꝛ fantastica. ꝛ exteriozes q̃ntꝯ potẽtie de quib⁹ non est hic dicendũ ꝓ singula sicut nec quale dominiũ in istis comprehensores fuerint habituri.

ℭonsideratio. X.

OPassionũ aialiũ general' ozigo duplex inuenit. Prouẽit ei freqnter a sensib⁹ exterioribus agẽtibus in ipsos sensus. vt in visum. auditũ. gustũ. tactũ. et olfactũ Et hic modus in hoie est velut ab inferiori. Proueniũt nihilominus velut a superiori dũ spũs rational' actuat⁹ hac vl illa cognitione/ex consequẽti volitione vel nolitione. impat mẽbris inferioribus⁹ motiões ea. Quẽadmodũ xps horribilẽ mortis apprehẽsionem imisit a ratione in sensualitatem. Talis ei colligatio iũgit portionẽ sensualem ad portionem rationalẽ q vicissim actus vnius redundãt in altera. Quãuis in non virtuosis/tract⁹ sensualitatis sit fortior. ꝛ ita fortior/q̃ non est ĩ ptãte rõnis. non tangi irruentib⁹ primis passionũ motib⁹. licz sub ea sit appetitus

ille ꝛ dñetur ei⁹ taliter. ꝙ nequit ab inuita rõne ꝓsensum extorq̃re. Secus in pfecte virtuosis. sec⁹ in beatis. secus ĩ xpo. secus ꝓterea in statu primario. de q̃ pbabile est sentire/ ꝙ nunq̃ nisi desup impante rõne potuisset qõcũq̃ sensibile fortinsec⁹ agere insensus. alioq̃n vix haberi pt exit⁹ q̃n necesse sit cõcedere deceptões ꝛ errores potuisse cõtingere p illo statu. ꝛ passiões de necessitate pueniſſe ratõem expediũt ãt se leuiter q̃ sentiũt vt dixim⁹. Sane mõ nunc apõ naturã destituta ꝺ̃io quãdo necesse est vt ois nostra cognitio/ incipiat a sensu deorsum tũc autẽ de sursum sp descẽdisſz.

Consideratio. XI.

B

spōsuz suū. Ex quo enī de⁹ ip̄e simplex est ⁊
vn⁹. inq̄ri vult in cordis simplicitate ⁊ vni
tate. Cor aūt tale simplex nō est ⁊ vnuz q̄d
in tot p̄tes diuisuz ēp curas mūdiales ma
las ⁊ vanas. Sed beu in q̄ntā miseriā per
peccatū redacta est nobilis ip̄a aīa. q̄ in sta
tu p̄me innocētie/ ex toto ⁊ oīno ordiata
fuerat ad cogitādū de deo suo creatore. atq;
cōsiderare spūalia sine aliquo impedimen
to ⁊ difficultate. q̄d ip̄a/mō/ p tantā penaz
difficultatēq;/grauata onere sue corruptō
nis pōt opari q̄d est mirabile. q̄d noscunt
optime qui ad hoc nituṅ. ¶O de⁹ meus
quid ē nūc q̄d ip̄az aīam in altum releuare
possit. ponere in vnitatē. reducere ad sim
plicitatē. cāq; expedire de mari isto p̄cello
so tumultuoso atq; fluctuāti/ p curas abs
q; numero: p p̄bātasias varias imaginatō
nesq; sine mora abūde scaturiētes? Certe
boc facere principaliter nihil valet/nisi ꝑ
tus tue gratie. ⁊ huius maris magni ⁊ spa
cioſi motus mitigare quod intra nos est

Tu suscitas egenū pstratū de puluere va/
narū cogitationū. z pauperē erigis a ster/
core inordinatarū delectationū. collocās eos
in altū vt sedeāt cū principib. hoc ē cū an/
gelis atq; sanctis. z vt eoz cōuersatio in ce
lis sit. Donū aūt istud gre. veracit tribuit
solis inquirentib ipm diligenter atq; ar/
denter z ad hoc se disponentib

Capitulū. xxxi.

Qualiter aīa ꝓtēplatiua/dicitur eleuari su
pra corpus. z efficitur simplex z vnica.

Qn Ec intelligenduz est/ aīam cor/
pus deserere fm substantiā cuz
in ꝓtēplatione rapta fuerit/ sal/
tem de cursu ꝓmuni. sed p tunc
esse dicit/ vbi fuerit cor suū atq; amor suus
sicut augu. dicit q aīa veri⁹ est vbi amat q̄
vbi ipa animat. hoc est q̄ vbi vitā prestat
corpi. Et ideo dico. q talis eleuatio qe de
uote extra mūduz ac sup ista corpalia vsq;
ad semetipam/aut vsq; ad angelos. vel cer
te vsq; ad creatorē suū altius fieri non pōt
fit p fortē sanctāq; meditationē vel arden/
tem amorem. Tali mō q talis meditatio
aut iste amor virtute sit tā potēs/ vt ipaz fa
ciat obliuisci vel cessare ab oīb opationi/
bus alijs z fantasijs. sicut esset in sopore p
fecto aut somno. vel saltē si nō ex toto. tales
cessant opationes/ipe tñ nō pñt corrūpere
extinguere aut superare meditationem vel
amorē ardentē supradictū. ꝓpter vigorosā
ei⁹ potētiā. Oportet etiā q aīa/totaliter in
tali meditatōe sit occupata z amore. ad hu
iusmodiq; sit oīno intēta. nec de quacūq;
re alia sit ei cura. nec ad alia respiciat. nisi
forte talia ꝓtereūdo nō tñ ibidē pedē figen
do. sez q in talib nō arrestet siue morā fa/
ciat. ¶ Et hoc fieri posse/experientia q̄tidia
na in minoribz hoc manifestat. Affirmat
q; idē aresto. inq̄ens. Accidit interduz ali/
quē sup re aliqua tam fortiter meditari. q
nec aptis oculis intuebit hoc qō ipm ꝓte/
riet seu qō ante eū vadit. Sepeq; in socie/
tate cū qua sociabit/ plura dicent z coram
ipo exercebūt seu fient/ de quib nec aliq̄d
sciet. sed in sua forti meditatōe pseuerabit
ac si dormiret. Unde q̄q; de tali puerbiū
istud cōmune solet adduci et dici. Iste ad
suos meditat amores. ¶ Talē simili mo
dum raptus/ pcipiūt sepe studētes ipi. ali/
quid subtilitatis cōpilare molientes. Pi/
ctores suo modo facere cōsueuerūt sic ego
teneo. aliq; opifices subtiliū. positi i ima/
ginationib fortib. Recitaturq; de pho q̄/
dam noie archimenides excellenti geome/
tro. qui imaginaliter deliberauit facere in/
genia subtilia ad bellandū z defendēdas i
uadēdasq; ciuitates. Unde accidit ciuita
tem quā inhabitabat dict⁹ phs/ ab inimi/
cis debellari. princeps aūt exercit⁹ pcepit
ne antedictus phs occideret. Sed a casu
quidaz eundē suas figuras ꝓtrabentē fm
scientiā geometrie repperit. quesiuitq; ab
eo quo noie appellaret. ipe vero tā fixe sua
rum figurarū formationib intētus extitit
vt quid sibi iste interrogās diceret penit⁹
ignoraret. nisi q insinuabat eidē q se non
impediret nihil aliud respōdens. vnde id/
circo vitā pdidit. Ecce q̄ fortis huius erat
meditatio. vt ob eius vigorositatē/ciuita/
tis sue expugnationē nō pciperet. atq; nec
quidē inimicū agnouit ipm occidentem.
Alius item phs neades dictus ad mēsam
positus sepe ꝓmedere oblitus est. oporte/
batq; ne fame periret/famulā suaz ad cibū
pcipiendū ei⁹ manū cōducere. De quo va
lerius hoc recitās/ dicit ipm solum anima
vixisse. corpe aūt circūdatuz fuisse tanq̄ re
extranea z inutili. ¶ Dicta exempla addu
cta sunt ad oīendū/q aīa imaginatōes
atq; curas nō pficuas a se pōt depellere. vt
subleuari possit z ad sanctiora ꝓueniēdo/
raq; cōscendere. atq; se taliter ad vnitatem
simplicitatēq; deducere. meditādo solūmō
q̄liter ad suū creatorē potent pngere. qui
ei⁹ est locus finis atq; amor. q̄uis illud fa/
cere fortius sit atq; difficilius. q̄ in dictis
exemplis ostensum est. Et hoc de tanto q̄n
to cogitationib vti oportet spiritualiori/
bus. habereq; meditationes magis extra/
neas atq; subleuatas.

Capitulū xxxii.

Memoriam facit libri de contemplatiōe
Richardi de sancto victore.

Rr Richard⁹ de sancto victore/ quē/
dā edidit librū/ q̄q; ptes ꝓtinē
tem. vbi multū subtilit atq; fm
profundā sciaz/ tractat materiā
istā. sez de ꝓtēplatōe. diuidēs ipam ꝓtēpla/
tionē in spēs sex seu modos. Quoz modo
rū duo i imaginatōe sūt positi duo in rōne
ite duo in intelligentia. Scōm b pfat⁹ do
ctor ponit tres modos celoz intra animā.
et iuxta hoc q ipsa anima cogitando seu

meditãdo seipam vertit diuersimode. scili cet aut meditãdo corpalia q̃ sensib⁹ ꝓcipiũ tur exterioꝛib⁹. aut ad seipam cogitando: aut angelos ꝛ eoꝝ statũ. aut certe ipam dei tatẽ. ¶ Et pſertim dicit Rich. in q̃nta pte libꝛi memoꝛati tradit qũo ꝓemplatio foꝛ matur seu diuersificat modis tꝛib⁹. Aliqñ p hoc q̃ ipa aia dilatat interdũ amplius ꝛ qñq; plus eleuat suũ intellectũ ꝛ qñq; peꝛ hoc q̃ ipa habet ipm sc; intellectũ siẽ alie⁹ natũ seu oblitũ. Declaratq; p quẽ modũ istud fiat ꝛ qualiteꝛ qñcq; hoc accidit. addu cens auctoꝛitates atq; exempla scripturaꝝ et naturarũ. q̃ hoc fiat p admiratiõnem ve hementẽ aut p magnã deuotiõnẽ. vel certe peꝛ delectatiõnẽ nõ modicã spũalẽ atq; cõ solatiõnẽ. ¶ Sed q̃ mee intẽtionis est lo qui nõ subtiliteꝛ sed rude ꝛ breuiteꝛ/ idcir co postpono vobis declaꝛare noĩati docto ris doctrinã/ quasi nimis subtilẽ. nisi foꝛte in certis punctis subsequentib⁹ ꝛ hoc mõ capaciori atq; vobis familiaꝛiori.

Capitu. xxxiii.

De tertio gradu cõtemplatiõnis/ ꝛ similitudines quedam naturales.

Nunc restat de gradu tertio scale cõtemplationis disseꝛere. quẽ foꝛtem foꝛe baptisaui pseueꝛantiaz. Cũ adiutoꝛio enĩ gratie diuine/ pseuerantia foꝛtis ponit atq; collocat in altitudinẽ pfecte ꝓẽplationis. oꝛdinatq; hoĩem in statu pfecto in quo põt dici viuere amore. Tũc enĩ recipit diuinas ꝓsolatões amoris. nõ sentiendo tribulatões carnis aut mũdi. De nulla enĩ re alia ei extũc cura est nisi deũ amare. de ipo meditaꝛi atq; loqui. et p ei⁹ amoꝛe fugit fatuas delectatões b⁹ mũdi. atq; eiusdẽ mũdi aduersitates cum gaudio suscipit. Et ideo nõ est q̃ ei possit obesse seu nocere. Non pspitas. istã ei subterfugit aut certe ipam humillime sufferꝛt in magna gr̃arũactõe. Jtez nõ aduersitas hanc enĩ ardẽteꝛ desideꝛat. sicut mediante qua deo adducit. ꝛ qua ipa deuota aia purgat ꝛ edocet. p quã q̃z sponso suo ac amico iesu xpo similat qui plen⁹ fuerat tribulationib⁹. Recipit itẽ aduersitatẽ quẽadmodũ signũ certũ q̃ de⁹ oĩpotẽs spõs⁹ ei⁹ eã diligat exq̃ dignat sic se visitare ꝛ castigare. ¶ Et ĩ statu isto/ aia deuota ardet dulciteꝛ suauiteꝛ atq; pure/ igne spũali succensa. recte vt carbo clarus ꝛ totus ignitus ꝛ sine fumo ꝛ sine crepitatione aut sine tumultu. Jbi est aia totaliteꝛ radicata in teꝛra optima multum fructũ afferẽs. Jbi est destructa amoꝛis mundani ciuitas ꝛ diuini amoꝛis ciuitas ꝓstructa. ¶ Sed tñ nõ est q̃ q̃diu hac moꝛtali vita viuit/ sine dono ac priuilegio gr̃e spẽalis aliquis in tali pfectõis statu sp posset pmanere sine sui mutatõe. q̃n pot⁹ dico vsq; ad moꝛtẽ de statu in statũ variationẽ sepe ꝛ mutationẽ fieri. Sed qui iam ad talẽ statũ pfectõis pueniꝛt. talis diutius in eo pmanet ꝛ sepi⁹ q̃s alij immoꝛat. Et si ipm q̃cq; excidere ꝓtingit ꝛ labi ex eo. citi⁹ releuat in aliquẽ de duob⁹ primis statib⁹.

¶ Primus status ꝓpat ꝓueniẽteꝛ hyemi. in qua viget quasi semp frig⁹ ꝛ obscuritas Scõs silat tpi vernali. in q̃ pter mutatiõnẽ grãdẽ/ mõ viget caloꝝ post frig⁹. mõ obscuritas ꝛ post tpantia aeris. mõ sol lucet. post nube tect⁹ occultat. mõ pluit. post ẽ seꝛenũ. Tertius stat⁹ equat estati calide. in q̃ quasi ꝓtinue feꝛuoꝝ est solis atq; aeris claritas. licet interdũ veniãt pluuie ꝛ obscuritates. foꝛtioꝛesq; oꝛiant tempestates atq; hoꝛꝛibiliioꝛes mutatões/ q̃s in qualicũq; tpe alio. Et tali mõ/ pfecti ꝓẽplatiui/ sufferũt p tpe tẽtationes grauioꝛes alĩs. ꝛ hoc aut pter ipoꝝ pbationẽ ꝛ purgationeꝝ vt in humilitate ꝓseruent. vel certe interdum ad eoꝝ pditionẽ fm occultũ dei iudicium exigẽte eoꝝ supbia ꝛ ĩiq̃tate. exẽplo luciferi creati in tãta pulcritudine sapiẽtiaꝛ cõtemplatõe tam sublimi. ¶ Potest itẽ alit⁹ prim⁹ status/ siĩari diei prime hoꝛe ĩ mane qua claritas tenebꝛis adhuc inuoluta cernit atq; mlt̃ obscure icipit apparere. Sic cũd⁹ hoꝛe tertie diei. Tert⁹ vero clare meri diei. ¶ Et sic de multis alĩs figuris similibus ꝛ exemplis.

Capitu. xxxiiii.

Foꝛtis pseuerantia necessaria est cõtemplatiuis.

Qui absq; pseuerãtia foꝛti/ summitatẽ ꝛ altitudinẽ montis ꝓtẽplatõis/ putat se obtinere/ aut pfectũ bñe caloꝛẽ amoꝛis diuini. talis ꝓuenienter assimilat ascẽdẽti mõtẽ excelsum/ postea sp descẽdẽti priusq; ptingat in sũmũ. ꝛ hoc q̃ repperit q̃ndã difficultatẽ aut impedimẽtũ. ¶ Vel ꝓpat volẽti ignẽ accẽdere vel succẽdere in lignis viridib⁹ aut putridis. q̃ cũ nõ statim accẽdit/ aut cũ primo nõ

ꝓcipit nisi fumū vel modicā ffāmaz facilit extinguibilē/quasi cōmot⁹ recedit destruit aut ꝑ totā domū ꝓjcit/spargēdo hincinde struē ligno⁹. ¶ Itē merito ꝓpat⁹ ꝑfatus ñ potenti pacifice maturitatē grani sui semi nati/expectare. aut q⁹ sua plācula inserta t̄/re radices bene figat, ꝓpter moraz aut peri/culū vl' difficultatē quā ꝓcipit talis. ¶ Rur sus gerit typū simee/ cupienti nucē viridē degustare. sentiens aūt corticis amaritudi nem/ ad nuclei dulcedinē non ꝓducit, sta/tim eam a se ꝓjcit nō ꝑseuerans. ¶ Po/stremo assilatur pigro militi. qui ante ciui tatis obsesse captionē ꝑfectā/ tedio affect⁹ inde discedit. ¶ Videtis igit q⁹ taliter fa/ciendo aliquis nō ꝓtingit ad apicē mōtis nec ignē habere poterit neq⁹ bladū. Item nec arborē. neq⁹ nuclei gustū. nec etiā ciui/tatē obtinere. referēdo illa pūctis iā dictis Sic similiter nō potest ꝓuenire aliq⁹ ad ꝑfectionē cōtemplationis, sine forti perse/uerantia.

Capitulū. xxxv.

Impedimēta plura/ne quis montē ꝓtem plationis vsq⁹ ad sūmū ascēdere valeat.

Tenus adhuc modicū in vno supradict⁹ exemplo⁹ cōside/rantes factū volētis ad finē mō tis alti atq⁹ pendētis cōscēdere. Iste ꝓtinue ascēdit ñ redescēdēdo ī bassuz Nō si eū pausare ꝓtingat. nō incipit p.o/gressum suū a pede montis dicti sed a loco vbi moueri desijt. Pari mō cupiens possī dere ꝓtemplatōis ꝑfectionē nō debet quie scere aut seipm arrestare. q⁹ pausare est re/descēdere. nō, ꝓgredi retrocedere inferi⁹ est Nec debet etiaz semp reincipe a basso. sed vnde recessit t̄ vbi dimisit. ¶ Et ꝓpter isti⁹ pseuerantie absentiā. tam pauci reperiuntur qui ad ꝑfectam ꝓtingunt ꝓtemplationem Quā cito enī quidā modum ascēdētes sen tiunt penā aliquā t̄ labore/ credūt ipi pau sare. sicq⁹ retrocedūt inferius. ¶ Sunt au tem alij nō habētes ordinē. t̄ modum ascē dendi nō custodiūt. statim enī volunt sali/re vsq⁹ in altū. non incipiēdo a basso ꝑ me dium ituri. Bassum aūt seu infer⁹ huius montis/ ꝑsideratio est suo⁹ peccato⁹ atq⁹ defectuuz. ¶ Sed repiunt alij collis suis imposita habētes grādia onera nec becīpa abjciūt. t̄ nihilomin⁹ sic se putāt ascensu/ros oīno. Qn⁹ aūt istud ē occupatio mūda na t̄ fortis cogitatio inibi posita/seu fixa q⁹ aīam aggrauat mirabilit/ faciēs eā sp ad se reuerti t̄ relabi si q⁹ leuauerit se. ¶ Rursus quidā, ꝓpt̄ mīmas volitātes coz̄ se muscas totū dimittūt. t̄ ire desinūt vel redescendūt Dulce iste/ sunt volātes cogitatōes. q⁹ aia in suo ꝓgressu neq⁹ debet arrestari seu impediri sed vlteri⁹ ꝓcedere. fugādo istas a se/ manu sancte indignatōnis. Repiunt etiā alij tales muscas insequētes, ad modū puero⁹ p⁹ papiliones currētiū. ¶ Itē sūt quidā q⁹ latratu canū infernaliū statim ter/rent. hoc ē ex̄cito sentiūt tētationē aliquaz turpē totū dimittūt. vel certe se cū tali occu pāt. nitunt q⁹ talē expellere t̄ oēs hmōi ten tatōes t̄ cogitatōes. q⁹ sepe fieri nō potest sed bene pūt ꝓteriri scz eas nō curādo. exē/plo pegrini q⁹ ad quēlibet latratū canū nō sistit pedē. cū sibi in via talis occurrit latra tus. sed cōcito gressu/ tanq⁹ nō curādo iter ꝓtinuat t̄ sic silent. De quāto enī pl⁹ ꝑsiste/ret ad se defendēdū vel ad eos ꝓpescēdum. tāto ampli⁹ latrarēt t̄ iter suū talit ꝓderet. ¶ Aliq⁹ aūt nō extendūt sp manū dexteraz huic q⁹ eos in altū debet subleuare. imo re/trahūt appodiātes ꝓfidētes q⁹ in multitu/dine diuitiaz⁹ suaz⁹ t̄ sue fortitudis. ideoq⁹ nō mirū si hmōi cito labunt. Propter hoc debet hō sp extēdere manū suā ad auxiliuz diuine gr̄e/ diffidēdo oīno de ꝓpria sua po tētia. nō ꝑsumēdo se posse illuc peruenire q⁹ tēdit ꝑ seipm ¶ Itez⁹ sunt alij q⁹ putāt sta/tim ee se in sūmo. cū tñ adhuc sint bñ ī bas/so. iō ascēdere dissimulāt t̄ dimittūt t̄ sic di mittēdo retrocedūt inferi⁹. ¶ Aliq⁹ ꝓcedūt vsq⁹ ad altuz. sed stati efficiunt vane gl'iosi seu gaudiosi. Videt ipis op⁹ suū multū be ne ꝓgisse t̄ suā dictā bene fecisse. Nec po/nūt diligētiā ad ibi scz in alto demoraduz. Ergo tales p̄cipitant q⁹ seu stati decidūt. non ascēdētes ita velocit supi⁹ sicut vellēt vna alia vice. Vel forte eis de⁹ nūq⁹ auxiliabit ad illic ascēdendū. exigēte ꝑ superbia eoz⁹ et ingratitudine t̄ abusu ꝓgnitōis habite q⁹ est horribile t̄ cā nunq⁹ ꝑsumēdi imo sp se tenēdi in ꝓfunda hūilitate. cū scz ꝓcipit q⁹ hō q⁹ deo fuerat tam ꝓxim⁹ atq⁹ familiaris in collocutōe sua t̄ sic auicula q⁹ ꝓstruxisset nidum sibi intra celū postea deijceret vsq⁹ ad infernū sine reuocatōne aut reuersione ¶ Deinc sunt aliqui qui cuz viderint se modicū altius ceteris in monte isto. alios aspernāt̄ t̄ deridēt inferius existentes.

qui iuste derelinquūtur a deo vt labantur quaten⁹ cadētes agnoscant q̄s modicū a se/ metipis possint. ¶Alij aūt qui istū mōtez nō nisi ꝓpter curiositatē ꝯscēdere volunt. ⁊ vt dicere possint etiā fuim⁹ ibidē. aut certē vt secreta excellētia inquirāt. aut ꝓpter solā placentiam seu delectationē. aut ꝓpter loci eminētis amenitatē. nō aūt vt deo melius placeāt ꝓrimi⁹ q̄s ei seruiant. honesti⁹ am/plius ⁊ magis meritorie. Et isti cito amit/tunt dei auxiliū atq; ei⁹ gratiā aut certe re/periūt se deceptos nimis dure turpit' atq; miserabiliter. Putāt enī se esse in mōte dei cū sint in mōte diaboli. ¶Postremo est ali quos inuenire/ nimis q̄s rō dictat seu ius sit/festinātes. nitētes ꝑire suū ductorem et fortius q̄s vult idē. qō magna est fatuitas. Ara dei est ductor iste. sicut dictū est. Qui ergo nō pōt aut dignat expectare spacium tpis ꝓ motu gr̄e isti⁹ ⁊ auxilij/ iure eā per dit. ⁊ alia vice ipam ꝓ libitu suo tā cito nō repiet. Sicut e regione etiā ē cū istis q̄ ad istā gr̄az sequēdā nō sunt pati cū ab ea vo cant ⁊ monent ad ascēdendū imo refutant aut alibi vadunt aut certe verbo vel facto dicunt gr̄e vt adhuc modicū ipos expectet et sic ipa depulsa mox recedit. Oportet igi tur cōtinue stare supra sui cordis custodiā ad imitandū visitationē diuine gr̄e. ⁊ pro cedere fm ipius motū atq; volūtatē neque lotius neq; tardius omni tpe cum ꝓfunda humilitate indignū se iudicādo etiam ad mōtis istius lat⁹ iacere q̄sto magis ad eius apicē ascēdere. Per hoc enī de tāto trahet alti⁹. Quēadmodū rex p̄potēs volens ho/norare militē suū. de tāto eū libētius collo cat supi⁹ vt sedeat cū principib⁹/ q̄sto magꝭ renitit ad hoc. ⁊ de tāto magis trahit ⁊ cō/pellit/ de q̄sto miles ipe plus humiliat se et cusatq;. Sup oīa enī displicet deo p̄sūptio nec delectat eū modus volentiū eū accede/re effrenate ⁊ sine timore quasi ad suū soci/um ⁊ sibi sil'em. sed debet semp custodiri. sancta ⁊ laudabilis verecūdia. tremor ⁊ pa uor atq; timor cum ꝯfidentia sue benigni tatis. Sine enī cōfidentia talis timor ni/mis esset culpabilis ⁊ impedimentū ascen sus nostri montis. ꝓpter tremorē ⁊ tribula tiones ampliorē q̄s ratio exquireret seu q̄s iustū esset/ a timore conceptā.

Capitulū xxxvi.

De quibusdā alijs impedimētis isti⁹ vie.

Loquamur adhuc de alijs qui/busdam obstaculis siue impedi mentis. Sunt enī quidaz q̄ asinū suū. hoc est corpus ꝓpriū nimis verant. ita q̄ aīa se de eo iuuare non valet. Alij aūt nimis sunt repleti atq; pon derosi. infirmi ⁊ dormientes siue pigri. Ni mis enī diu exteriūt in infirmario aut in/firmitate carnalitatis. per ꝯmestionem ex/cessiuam atq; potationē aut vaniloquiū. Suntq; tales tanq; cōtracti. resoluti. pa/lytici ⁊ dormitantes. ideoq; ipsos oportet curari/ a basso incipiendo sc; per humilez pñiaz. ¶Sed quidā sunt/ qui ascendēdo vehementē patiunt aliquādo verbi dei fa/mē spūalē/ cupiuntq; post hec illud audi/re ⁊ legere. vnde accidit q̄ legēdo nimis se ipsos detinent. Recipiūt illic refectionem ampliorē q̄s ratio exigit. seu imoderate. vel q̄s tempus requirit. in tantū q̄ sui ascēsus initio obliuiscunt. nec ascendūt fm q̄ cepe runt. Verū est ex pte altera/ talē refectionē sepe fore ꝓficuā atq; necessariam. ⁊ p̄cipue in exordio. vel q̄n sumit mēsurate. semp q; cōsideret hō suū ascēsum. hoc est q̄ in legē do/ plus querat deuotionē q̄s sciaz. ¶Rur sus repiunt alij recalcitrātes atq; saltātes cōtra stimulū ipos pūgentē ad ascēdendū in altū. hoc est qui fugūt nimis tribulatio nem. ¶Item sunt quidā/ nō adhuc suffi/cienter instructi de itinere querēdo seu inq/rogādo a scientib⁹ ad habendū desup cōsi/liū. sed abūdantes in sensu ꝓprio/ cōfidunt in seipos ⁊ semet in hoc docere volentes. ⁊ ideo oberrāt ⁊ sepe turpiter deficiūt. Sz sunt alij nō desistentes petere viā ⁊ inq̄re/re p studiū feruēs. ad tantū q̄ de hac in ca/thedris etiā sciāt loqui ⁊ legere. aliosq; do cere. licet ibi non fuerint sc; in itinere tali. Loquunt aūt. q; sic audierūt ab alijs. nec nitūtur ascēdere p illud q̄q;. ⁊ ideo ñ mi/rū si tales inferi⁹ pmaneāt semp. Non enī itur ibi p sola verba. sed opz pedes ad op⁹ mittere. Isti sunt quēadmodū illi q̄ in p̄e lijs exhortant instruūtq; alios ad fortiter bellandū/ sed ipi/ ad tangendū/ man⁹ ñ ap ponūt. vel sicut qui alijs demonstrāt itine ra ad recipiēdas elemosynas a peregrinis ipsi vero nō vadunt/ aut non pñt ire ꝓ ea/ ꝓpter suā infirmitatē seu impotentiam. ¶Sunt alij qui postq; iter suū arripuerūt p viā vnā/ statim saliūt seu declināt ad aliā et hoc ꝓpter incōstantiā eoꝝ. aut q; putāt

leuiorem se inuēturos. vel delectabiliorē. ꝛ sic nec quicq̄ ascendūt. neq̄ comphēdunt Sicut canes/ceruū agitantes/eum nō ve nant. si modo post vnū tunc post alium in sequūtur. ℙotius oportet eos vestigia in/sequi primi. nec se circa aliquid aliud arre stare. qualiter solent agere canes ad hoc be ne inducti. ¶ Alij nō bene ad seipos inten dunt seu respiciūt. ꝛ ad picula itineris sui. sed ip̄romise ꝛ sine auisatione ꝛ cautela po/nūt pedes suos. ideo ruūt de tam alto in tā bassum. ¶ Alij vero ascendētes retrospici unt aut inferius respiciūt. ꝛ q̄s cito quis de basso eos vocauerit/totum derelinquunt. Qui de tanto reddūtur ĥabiles. quanto diutius inferius detinent. ꝛ inde difficili/us ꝛ grauius reascendūt. quia mūdana cō uersatio in loquendo aut aliud mundiale exercendo/non modicuz impedimentū et retardationem generat. ꝛ in talibus nimis coꝛ suū figens et seip̄m tradens hu iusmo/di/non velociter resiliens ꝛ discedens citi/us ad ascēdendū iter suū. iste qui eiusmōi est/vsq̄ ad longū tunc causat sibi impedi/mentum magnū. Ideoq̄ in istis nō opoꝛ tet moꝛā trahere/nisi pro sola necessitate ꝛ pretereūdo ea. vel saltem q̄ si coꝛpus infe/rius fuerit/sursuz sint coꝛda. Sed hoc his qui non didicerunt/est difficile. quia neq̄ ancoꝛam coꝛdis fixam habent ad montez. nec coꝛdas bone cōsuetudinis eidem alli/gatas. ¶ Interea sunt quidā qui cum ascē derint/nunq̄ putant se inde recessuros. sz illic persistere tanq̄ hereditario iure. Sed in suo casu deoꝛsum/fragilitatem propriā agnoscunt. sentiūtq̄ tribulationē bene cō/siderantes tunc. quia diuina gratia ipsos ibidem collocauit. tenuitq̄ q̄diu sibi pla/cuit. ꝛ tunc discunt cogitare de inferioꝛi p bonam humilitatem/ existentes in alto. et econtra cum inferius fuerint/ iterum spe/rant. reascēdere. habentes bonam patien/tiam. Oportet enī ita bene ꝛ plus in spiri/tali aduersitate sicut coꝛpali sz tētationib̄ duris q̄ afflictionib̄ mentis que sine ꝓso/latione sunt ꝛ quales habere ꝓsueueratvel desideraꝛ/sic se ūmobiliter cōseruare. ¶ ℙo stremo aliqui ascēdēdo expēsas faciunt ni mis largas ꝛ excessiuas. puta p lacrimas ꝛ afflictōnes. ꝑmittūtq̄ facere opa sua ne cessaria. Et ideo misericoꝛs deus cū hmōi gratiose agit/ꝑmittēdo eos ꝛpib̄ certis de cidere ꝛ labi inferi⁹ vt sic illa facere possint et coꝛ ad que tenentur nō obliuiscaṅ/ et opando. Talia sunt impedimenta ad pue niendū ad montē ꝺtēplatōis ꝛ cetera sine numero. q̄ ꝺphendi atq̄ reduci pñt ad p̄di cta. Ad q̄ vincēda ꝛ vitāda/necessaria ē foꝛ tis pseuerātia cum gradib̄ supradictis. sz humili patientia/loco q̄ secreto ꝛ silentio.

Capitu. xxxvii.

Quidam modi meditandi/qui pñt seruaꝛi in contemplatione.

IN legendo vel audiendo predi/cta/dubitare posset aliquis ꝛ pe tere. quē in sua ꝺtemplatōe mo dum obseruare debeat meditādi. Non enī itur ibi pedib̄ coꝛpis sed spiritalib̄ qui co gitatōnes atq̄ affectōes sunt ip̄ius aie. Et ergo nō semp vnus ꝛ idē modus meditan di teneāṫ. sed valde variatus. ꝛm psonarum locoꝛ atq̄ tempoꝛ. diuersitatē. ꝛ ꝛm gratiam dei/doctrinā vel scientiā quā quis ha/bet. Unus vadit sic. alius vero sic. vn⁹ at/q̄ idem hodie vno modo incedit. crastina vero aliter. ¶ Cogitaui tñ/q̄ nō erit inuti le recitare exemplariter qualit aliqñ quidā ꝓtransierint istā vitā. Foꝛtassis enī hoc p/ficiet ad facilius intelligendū ꝛ reperiēdū hui⁹ itineris introituz. Et recolo me qñq̄ scripsisse vobis charissimis meis soꝛorib̄ plura ad ꝓpositum cōueniētia ꝛ ad sequen tia. que nō resumo pro pñti. ¶ Magister Richar. de sancto vict. libro s̄ memorato/ tradit modū magis meo videre ꝺpriatum et cōuenientē profundis clericis q̄s simpli cib̄. qui bene generalis est. sed ad declarā/dum plixius esset. quare hunc ꝑtereo ꝛ do ctorib̄ relinquo. ¶ Sanct⁹ aug. libro cō/fessio. dat modū quēdā/quē cū matre sua p pria habuit. stans ad vnā fenestrā cuiusdā oꝛtuli/nō multū ante obitū dicte mr̄is sue quē ꝓposui in sequentib̄ breuiter tangere. ¶ Beatus greg. largissime in suis moꝛali/bus de ꝺtemplatōe loquit. ostendēdo peri cula atq̄ ꝓfectus inibi exñtes Sed modū ꝑticularē intrādi vel illic se locādi quē que ro/non percepi. ¶ Beatus Dieroñ. inter alia scribit modū vnū ad virginē custochi um. qui est q̄ meditetur mortis sue hoꝛaz. qualeq̄ premium tunc receptura est. quo/modo virgo maria cuz filio suo Jesu ꝛpo/ sancti angeli atq̄ virgines/ sibi obuiabūt ipsam suscipientes. cantantesq̄ canticum quod maria/ moysi soꝛoꝛ/ post transitum

maris rubri/sicco pede filioꝝ israel cecinit Cantem⁹ scz dño gl'iose tē. Et dicit similiter idez beat⁹ hieronym⁹ de seipo/qualiter post fortes tētationes/ ⁊ crebras pectoris tunsiones cōtinue in ploratibꝫ ⁊ lacrimis querēdo dei auxiliū/sibi videbat societati angelorꝫ interesse ob magnā sue ꝓscie pacē et iocūditatē/ei post suā pñiaz ⁊ tribulationem celit⁹ a deo trāsmissam. ¶Concordāt omnes doctores coīter in mō scz isto qui ē meditari inferni penas horridas. paradisi gaudia. sua peccata. atꝫ mūdi vanitatem Sed ego adhuc ꝑticulariorē modū inārō

¶Beatus bernar. pene in omnibꝫ sermonibꝫ sup cantica/tractat modū vnuz. scz de spūali mr̄imonio inter deū ⁊ aiam. quē q̄dam doctor plus nouell⁹ insequit. faciens inter diuinā sapientiā ⁊ aiam/ pariformit quoddā mr̄imoniū. Liber vero intitulat borologiū eterne sapiētie. Verū quidem/ modus talis est altus ⁊ subtilis. satisꝫ piculosus/sic loquendo/p̄sertim a principio sue ꝓuersionis eū tenere volentibꝫ. Ratio. cū enī tales nouitī estimarent meditari de spūali cōnubio. leuiter laberent in recordatione de spūali ad carnale matrimonium.

¶Hec ignoro in dicto libro quosdaz modos alios fore tactos. vtpote cogitādo de iuuene siue adolescēte morituro. nolēti vl̄ non potenti penitere. similiter meditando dei iudicia. item cōsiderādo beatā virginē mariā in hora passionis dñi nr̄i Jesu x̄pi. Qui modi boni sunt atꝫ cōuenientes. et p̄t ibi videri quibꝫ placuerit.

Capitu. xxxviii

De modo cōtemplandi/quē beatus ber̄ī tenuit in principio.

Recitat beat⁹ ber̄ī. de seipo/q̄liter in ꝓuersionis sue p̄incipio ꝓpōdit sibi op⁹ eē q⁹ br̄e deberet opa bona ⁊ merita/q̄lia ex seipo nequerat exq̄rere ⁊ br̄e. idcirco puidit sibi habituꝫ septalia ex meritis ih̄u x̄pi. Et ex tūc diligētissime meditabat/totā dñi nr̄i ih̄u x̄pi vitam ab ei⁹ ꝓceptōe vsqꝫ ascensionē ⁊ exoibꝫ penis ⁊ amaritudinibꝫ ei⁹/collegit sibi fasciculū mirre. q̄ inter vbera sua ꝓmorarek ꝓtinue. atꝫ hūc p iugē memoriā supꝛapositi suo pectori intime ꝓpatiēdo. ¶Per quod ꝓcludo ip̄m beatū ber̄ī. suā ꝓtēplationē ⁊ ascensum in eadē incepisse meditādo assidue dñi nostri Jesu x̄pi vitam. quēadmodū legit de sancta cecilia/qūo euangelium x̄pi in suo pectore portabat. s. eius vitā memorādo. ⁊ nō diebꝫ necꝫ noctibꝫ vacabat a colloquijs diuinis ⁊ orōe. ¶Et doctor q̄dam/in libro suo/de stimulo amoris intitulato/istā materiā silr̄ tractat ⁊ spēalit de passione dñi nostri iesu x̄pi. oñdens q⁹ in ea omne bonum repitur. ⁊ q⁹ eadem passio scilicet/sit vie hui⁹ puta ꝓtēplationis/ostium. volensꝫ aliunde intrare in cōtemplationē/ipse se seducit ⁊ decipit. ⁊ confirmat dictū suū auctoritate dñi dicētis Ego sum via veritas ⁊ vita. Via. p quā ꝓgrediēdum est. veritas viatorē illuminās. vita eūdem nutriēs sustentās ⁊ remunerās. Utinā pfatus liber esset in gallicū trāslat⁹. meo enī iudicio valde vobis fieret pficu⁹. ¶Sūt autē quidā coīter aliū modum nō tenētes siue cōtemplatōis. q̄s q⁹ ad quēdam librum deuotōis se tradunt/vitā alicui⁹ sancti aut aliud ad excitādā deuotionē plegētes/ fm materiā quā repiunt. quibꝫ sp necessarī essent libri. Et ideo iste mod⁹ sol⁹/insufficiēs est. nisi hoc etiā assuescerēt agere sine pñtia chartaꝝ. ¶Alij vo faciēdo sua fuitia diuina in eccl'ia. addiscūt ⁊ se exercitāt/cōtēplari nitētes. Quāuis iudico istud esse multū difficile/spēaliter in p̄incipio. ⁊ posse pertingere isto modo ad cōtemplatōis perfectionē/ꝓpter laborē cantui annexū. nisi forte antea sint assuefacti tales/in suo secreto/via cōtemplationis.

Capitulū. xxxix

De alio modo meditandi per exemplum mendicantis.

Qui ꝑsonā q̄ nō modicū ꝓfecit ad reducēdum suas cogitatōes seu recolligēdū in vnū/⁊ ad simplicitatē. p ℞ q⁹ diligēti⁹ seipaz intuebat fore pauperē/ miserabilēq̄ creaturā. nihil sibr̄ ex suo/nec q̄cq̄ posse adq̄rere. Qua ex causa mēdicare meditabat. atꝫ sic adq̄rere bonorꝫ spūaliū elemosynā a paḋisi cōcuibꝫ in talibꝫ diuitijs opulētissimis atꝫ plenis. quos nosset largos miroꝫ mō caritatiuos exīstere. ideo p̄fata ꝑsona sub arbore q̄daz loco secreto se collegit. ī quo ꝓ suo libitu atꝫ diutius ibidem meditari posse putabat. Conuertit itaqꝫ se corde tenus sine loquela/ modo ad vnum postea ad alium sanctum. secundum sue deuotionis ministeriū/a quolibet elemosynā expeten-

do, apiendoꝯ suã necessitatẽ ⁊ indigentiã exponẽdo, sed ⁊ memorãdo eoꝝ magnam gratiã atq; largitatẽ. depcando etiã eos vt dignarent intercedere p se ad deũ omnipotentẽ qz psonaliter ꝓparere coraz eo dignõ esset. ¶ Verũ est/dictã psonã in hmõi meditatõe plura sensisse impedimẽta extranearuz cogitationũ atq; fantasiarũ. ipa tñ forti pseuerãtia/se armauit. atq; in dicto loco continuit inde non mouendo seu discedendo/ quousq; quod q̃siuit inuenit. esset q; stabilita oino in hmõi oꝛone. nec aliqd aliud intẽderet. ¶ Per dies aũt plurimos modũ dictũ ꝯtinuabat fueratq; interdum ad duas/ tres vel quatuoꝛ horas/ priusq; qõ petiuit/ br̃e potuisset. scz suaruz cogitationũ ⁊ affectionũ vnitatẽ atq; recollectionem/ad vnũ tale quale diximꝰ supra. Et p modũ talẽ quasi semp̃ puenit ad qõ tendebat. qñq; tñ citiꝰ. interdũ vero tardiꝰ. pcepitq; clare verũ esse dñi nr̃i ihu x̃pi. pmissum. q̃ pseuerauerit pulsans perendo/ aperiet ei. ¶ Potestis igit optime ꝑpẽdere q̃nta fuerint hui⁹ psone desideria ardentia/ et anxia suspiria atq; gemitus/ erga sanctos/ mõ ad vnũ mõ ad alterũ. spẽaliꝰ ad eos q̃z festũ tũc colebat. qñ absq; succursu ⁊ auxilio ꝑceptibili/ pmiserat dictã psonã ad suos pedes, puolutã/ad tanti tpis spaciũ permanere/in bello cõtinuo/suarũ cogitationũ/ tumultũ nõ modicũ atq; in suo ascẽsu impedimẽtuz validũ causantiũ. nec p sancta desideria loqui pmittentiũ eisdẽ. Jpi tñ tandẽ de eadẽ optime se q̃tabat/ aiẽ sue desideriũ eidem tribuẽdo. ꝯm dei volũtatẽ ⁊ eiꝰ vtilitatẽ. ¶ Reperit itaq; dicta psona/ hmõi exptã difficultatẽ/ sibi ꝓuerti ad pfectum. vt exhinc disceret viuaciꝰ ⁊ ardentiꝰ flagitare. Vñ accidit q; se de cetero in sua oꝛone repit citiꝰ atq; q̃si sine impedimẽto collectã in modũ talem ad suarũ cogitationũ vnionẽ atq; simplicitatẽ. leuiusq; mõ p dicto ⁊ ceteris/ bona consuetudine comite ad ꝑdicta puenit. ¶ Et puto istũ modum in initio guilhelmũ parisien. doctorẽ principuũ tenuisse. quẽ affirmasse legendo reperi qz paupes trutãni atq; captiui/ ipsuz deũ exorare docuerũt. ¶ In libris etiã eiusdem patet/ quẽadmodũ oratõez vni viatori padisum adeũti ꝓ impetrãda elemosyna ⁊ auxilio/ pulcre compat. In quo pariter libꝛo quasi p totũ ad deũ/ad dominũq; nostrũ ihm̃ x̃pm̃/ ⁊ suos sanctos. spẽaliꝰ ad virginẽ mariã. rõnes adducit. quatenꝰ auxilienꝫ creature eis supplicãti suãq; pauꝑtatẽ allegãti. Loquit itẽ de corã iudicibus pñtatis. qũo tales in suis petitionibꝰ sint circũspecti atq; sapientes. Timirum. timẽt eni ⁊ piculũ sibi vident imminere. Talimõ ⁊ nos imo ⁊ adhuc amplioꝰ corã deo pñtati facere nobis multũ expediret.

Capitulum .XL.

Cõmendatio istius modi contẽplationis tanq; securi vtilis ⁊ leuis.

Istum modũ inchoandi ꝓtemplationẽ/ cui placet sequi potest satis eni est securus simpleꝛ atq; leuis. Conueniẽs etiam gradui bene primo cõtemplatõnis antedicto qui assignat humilis penitẽtia. Jbi enim nõ aliud q̃z indulgẽtia petit atq; bene operandi tpe affuturo gr̃a. item etiã remediuz cõtra plagas suas ⁊ peccatoꝝ infirmitates varias. Ad qõ nõ parũ/orões beati ancelmi/diuersoꝝq; ceteroꝝ sanctoꝝ/ edite ad sanctos ⁊ sanctas/ pficiunt. Liber q̃z de q̃ prĩdẽ locutꝰ sum rhetorica diuina intitulatur a guilhelmo pisien. opilatus multũ ad ista vtilis. ¶ Sup mõ isto iniciãdi ꝓtemplationẽ/dudũ optabã oronẽ quãdã fabricare/in modũ paupis/ panẽ suũ ostiatiñ q̃rẽtis vel indulgẽtiã q̃rẽtis ⁊ perẽtis ad instar incarceratoꝝ aut certe ad silitudinem elemosynã petẽtiũ. nõ quidẽ p seipis sed p in hospitalibꝰ degẽtibꝰ. Sepe eni aliqs deuotionẽ suã p alio interpellãdo repit magis q̃z si p se deũ exorꝛaret ibiq; multuz, pficit. Tenenꝫ etiã ad h̃ plures ex officio suo quẽadmodũ viri ecclĩastici. aliq; exelemosina vitã ducẽtes corpis. imo dico oẽs debere hoc facere tã ꝑpter dei mãdatũ. q̃z etiã ꝑpter bñficia ab aliꝭ recepta siue talia sint bona nature a suis parẽtibꝰ/ siue bona fortune/ipsis collata iure hereditario possidẽda a viuis aut a mortuis. ¶ Cõpilaui prĩdem oratiõnẽ quãdam/ad dñm ihm̃ x̃pm̃. iniciantẽ Jesu sponse virginitatis ⁊c. Intendo autẽ si deo placituz fuerit de hoc/ in breui diffusius cõscribere opus. Verũ est omnes mũdi scripturas nõ posse pducere cõtemplatiuũ quo tendere habet. quẽadmodũ facit fortis pseuerãtia auxiliante dei gratia faciendo exemplo psone supra memorate. ponẽdoq; se ad practicã scilicz ad opus. qz affectiones scribi nequeunt. neq;

generank per lras aut per verba sed p ope/ris exercitium.

Capitulum.XLI.

De modo vsitandi se in cõtemplatõe/ fm istum modum.

Quem vo delectat phabita sil'itu do/ hic multã largã materiã ha/bet/ vsitãdi t assueſcẽdi ad sua cogitationũ recollectionẽ intra se. erga eti/am deũ atq; suos sanctos. Hre enĩ necessi/tates t miserie ac infirmitates/ tã corporis q̃ aie/ infinite sunt. Debinc virtutes no bis adquirẽde/ in mãgno sunt numero. sic t sancti t sancte/ q̃b nobis supplicãdũ est. nũc sil'oĩb. nũc vero cuilibet seorsuz. Jn ter ceteras etiã necessitates mort̃ hora po/stremũ est negociũ qõ pl⁹ nobis est timẽdũ Ob cui⁹ hore horrorẽ/ solicite puidẽdũ fo ret nobis remediuz t vita supstite, curare amicos atq; defensores. laturos auxiliũ in momẽto tã terribili/ ad bñ placitũ dei. Ho rã istã sũme ante mẽtis oculos reducere/ p ficuũ est. ei⁹ memoriã recẽtẽ oĩ tpe vite ĩ oĩ/b⁹q; factis nr̃is hre. Jn nr̃e cõtẽplatio nis secreto/ a nobis ipis/ sepi⁹ q̃rendũ est. Hõ aĩa mea dic mihi paup t miserabilis cõfitere mihi. si in pñtia q; aut intra vnius hore spacium/ separi tea corpe opteret ad astãdũ tremẽdo dei iudicio/ q̃d dictura/ ad quẽ deniq; cõfugeres? Si respõdes qz sic t sic faceres/ t ex toto corde tũc miscõiaz atq; veniã ab oĩpotẽti deo flagitares/ a su/isq; sanctis. Fac igit̃ taliter in pñti. Jgno ras enĩ in q̃ pũcto infirmitatis p tunc eris aut qõ spaciũ tpis ad hoc faciẽdũ hre po/tueris. Jn hmõi meditatõe vinacit̃ seu cordin time t diu morari debem⁹ quousq; nobis videat qõ sentiam⁹ mortẽ multũ ap proximare. Jtem cõsiderãdi sunt amici nostri p quib⁹ orare volum⁹ esse eos in ne/cessitate vltima puta ad lectuz mortis. Et qũo a nobis supplicit̃ auxiliũ req̃rũt desi/derãtes q̃tin⁹ p eis p̃ces effundam⁹. cõpati amurq; eis acsi in pñti sic ageret nobiscuz Hoc ergo qñ fiet t nõ diu tardabit. mise/reamur interea aĩe nr̃e acsi eã in medio flã me purgatorij conspicerem⁹ collocatã. Ad qõ bñ iuuat cõsiderare diligẽter miseriam aut dolorẽ validũ quẽ q̃s p suaz suffert in/firmitatẽ aut aliũde q̃lit̃ vehementer inde cruciat. Quid ergo erit de aĩa misera ppe/sura tanta in futuro seculo.

Capitulum.XLII.

De trib⁹ dei iudicijs ante oculos mẽtis re uocãdis pro materia cõtemplationis.

Possum⁹ insup in hmõi contem platõne reuocare ante mẽtis no stre oculos tria dei iudicia. que sessurus est seu tenebit aut tenet. Unũ tenebit sicut pr̃. i q̃ regnat t iudicat mia dulcis t pia. Et talis est in vita pñti. Scõm tenet sicut dñs cõtra seruũ suũ vbi regnat atq; iudicat iustitia rigorosa. Optz enĩ illic oĩa exoluere debita. t hoc ẽ in pur/gatorio. Tertiuz est in inferno. vbi regnat horrenda t crudelissima iustitia. scz, pter peccatores dãnatos. Jbi enĩ de⁹ punit ad instar iudicis effecti nõ potẽtis. cõtra male ficos morte eterna dignos. Modo po/strema duo iudicia declinare possum⁹ ap/pellando t submittẽdo nos ad primã curi am scz mie que durat solũ ista vita stante. Bonũ ergo est nobis dũ temp⁹ habemus eligere interim q; hre possum⁹ sanctos in tercessores ad deũ. Precipue ibi habemus in dicta curia nr̃a/ dñam reginam dicte cu rie. s. mie eiũtem. fil'r nostrã matrẽ t aduo/catã dulcissimã ac glorioſissimã virginem mariã. Pariter est illic ihs xps. pr̃ nr̃. frat nr̃. aduocat⁹. cõsiliari⁹. mediator atq; redẽ ptor. Et in veritate iste nimis esset stoli dus t infatuat⁹. q̃ recusaret vna cũ ꝓpha se ipm submittere dei miscõie supplicit̃ dicẽ/te Dñe ne in furore tuo arguas me. neq; i ira tua corripias me. Ubi tãgit ꝓpha ista tria iudicia. Dicit enim Dñe ne in furore tuo arguas me/ id est in inferno. Neq; in ira tua corripias me hoc est in purgatorio Sed fm miam tuã miserere mei qñ infir m⁹ sum sc̃z in hac vita. Et adhuc possum⁹ inq̃rere t inuenire alleuiamen flagelli qõ iuste meruim⁹. scz mediãte intercessione ta li q̃ dicta est. t sepe ex toto sic q̃rari seu etiã absolui. Qui etiã attẽte pẽsaret atq; sibi proponeret exitũ hui⁹ carceris quo detine mur/ qõ erit in articulo mortis/ cogitaret/ eq; ad p̃dicta tria iudicia. talis oĩno cũ gau dio ingẽti hui⁹ mũdi infirmitates atq; dif famatões/ paupertates t sil'ia q̃ penalitates dicunt̃/ leuissime sufferret. t certe de nulla aduersitate vite hui⁹ curaret. Qui insup q̃tidie ad memoriã reduceret mori se opte/re. sed qñ aut q̃lit̃ ignorat. exaiaret eq; se se/pi⁹/ an in statu in q̃ ẽ/ mori auderet? q; si nõ

profecto remoueret in breui impedimēta/ vt secure/mortis pstolarek aduentū.

Capitulum XLIII

Quō quidā deficiūt in forti pseuerantia/ & in ꝓtemplatione modicum pficiunt.

Plures aūt minus bene auisati sūt circa pseuerātie fortitudinē seu circa ꝓtēplatōis fructū ac p hoc ad ista ꝓsequēdū multū remoti. Renuūt enī seipsos dare orōni/ aut meditationi incūbere/nisi se deuotione sēntiant affectos ad illa. ac nisi cū eos ista delectant veniātq; ad cor suū. Videnk ei talibus/alias dicta nihil pdesse. ¶ Sed huiusmodi ꝓpank huic q̄ frigore nimiū cruciatur.recusat tū accedere ad ignē nisi prius habeat calorē Aut certe equipank alicui fame peunti.nolentiq; q̄rere ad manducādū nisi antea saturat⁹ sit. Quare enim aliqs se dat in orōnez vel meditationē/nisi vt calefiat dīni amoris igne. vel vt saturek donis aut grana dei. Tales in hoc deficiūt seu errant putantes se tps pdere cū positi in orōne vel meditatōe/nō mox deuotōis imbre irriganť. Ad qđ respondeo q̄ si nitāk q̄stū in se est ad hoc/atq; faciūt laborē suū. sintq; in bello & pugna ꝓtinua/ꝓtra suas cogitatōnes/cū displicētia q̄ nō abscedūt/nec pacē habere ꝑmittūt.tales ꝑ tūc maius reportāt meritū q̄ sepe si eis adueniret deuotio subito sine tali ꝓfictu. Ratō q̄ militāt deo/& seruiūt suis expēsis ꝓpr̄is & sūptibus atq; cū labore maiori & pena. ¶ Verū tū ē q̄ volēs ad exemplū ꝑnarrate psone supi⁹/ seipm exercere oꝑtet ad hoc habere ipsum magnū tp̄is spaciū reiecto etiā oi onere alicui occupationū/taz ex pte sua q̄ alioz.se q̄ arcere ad pmanēdū in vno loco fictū/lōgo tpe/siue ꝓsolatio subseq̄tur aliqua/siue nulla.q̄ tū ad eandē hōdā laborare nō cesset atq; sit ꝓtinu⁹. Cūq; se nimio senserit tedio affectū sibiꝑpi dicat/q̄ adhuc expectet ad medie hore spaciū ac hore faciēdo penitentiā suā.expectās diuine grē elemosinaz. Post horā ꝓo elapsā/ adhuc se cōmoneat ad pstendū talit ad alterā horā Et sepe in postrema dimidie hore pte/talis in sua cōtemplatione amplius pficiet/q̄ oi tpe pterito.& q̄z alijs decē diebꝫ aut certe in vno mēse. Nō si a casu in suo regressu aut itinerato accessu/reperit se quasi refutatuz/ sic scz q̄ elemosina ei deneget/ pura nō ꝓsecutus grām deuotōnis.tūc hūiliter ei ꝓuenit cōuerti ad deū/ ꝓfitendo indignū se fore tāte grē.imo q̄ plus meruisset verba & flagella atq; tribulatiōes q̄z hmōi cōsolatōes. Et sic dicat O dñe deus tue ꝓsolatōes laudes & gloria/tibi sint semp.mihi aūt (vt dignū est et iustū) ꝓfusio.nisi opposituz ꝓueniat mihi de tua miscōia. Per talez modū vincet deū.faciēs ei sacrificiū de cordis sui duricia. Et certe deus ei⁹ nō obliuiscik ꝓferēs miaz suā cū cognouerit horā atq; pūctū.expedientē ꝑm suū beneplacitū. ¶ Nec etiaz debet aliquis hmōi cōsolatōnes nimis affectare in lacrimis atq; deuotiōe/ ꝑ sua delectatione & ad suā placētiā.sz vt p talē consolationē/amori ardētiori deo vniak.ad deum possit melius diutius et delectabili⁹ seuertere. Si igik magꝭ ei placitū fuerit q̄ p tūc aliquis ei famulek sine talibꝫ ꝓsolationibꝫ/ꝓfortiter & nobis idē placere debet debem⁹ q̄z dicere O dñe de⁹ oīpotēs sufficit mihi optime vt pmiū meū atq; remuneratio a te reseruek mihi i paradiso. in pūti illō ñ ebuēs. Illud vnū supplicit orovt mihi nō irascaris sz vt viuā in tua grā tūmō ꝺ ceꝛo fiat volūtas tua Qui ꝺo ꝺuotiōez assecut⁹ fuerit/diligēs exīstat/grārū actiōes et toto corde referēs deo oīpotenti. orādo instātius vt augmētet & ꝓfirmet opus plātatōnis sue in eo inceptū absq; boc q̄ tale q̄d ei hic ꝓferat sic pmiū.quin potius in futurum reseruet prebendam integram.

Capitulū XLIIII

Quedā imaginatio montis cū tribꝰ habitaculis.s.fidei spei & caritatis.

Per mōtis antea adducti/ꝑ facilioꝛi sui eleuatōne in contemplatione/potest quis imaginari cōuenienter. quēadmodū aliquando quidā quem noui fecerat. Et breuiter perstringam eandē ¶ Imaginemur igitur mare magnū piculosissimum qđ diuersoz generum bomies/euntes et redeūtes nauigio ꝓtranseūt/diuersis nauibꝰ.ad vnū tū finaliť portū tendētes.in q̄ etiā magna ꝑ transeūtiū ps/ꝓpter picula maxima atq; tempestates varias necessario habet pire. Ad ripā ꝓo huius mari/ seu in litore eleuata erit rupes altitudis mire. s. quaz exīs q̄ cunq; secur⁹ ē ꝺ q̄ pit q̄ in mag̃ isto mari fiāt speckari ꝑt absq; sui pcꝺo. in ista rupe tres ert statōes siue habitacla triaynū

in basso. aliud in medio. tertiũ vero in fine siue sũmo. Jn primo imaginemur fidem esse hospitatã. in secũdo spem. in tertio vo charitatem. ¶ Modo quãdo quis in primo fuerit habitaculo scz basso. fides ipsa/ eidem maris horribilia ostendit pericula: quantum ad animaz. p que concipit timorem validum. qz cõspicit iudicia dei mirabilia contra ipos peccatores/ ab eo in istũ maris voraginem ꝓcipitatos/ damnatiõe ꝑpetua/ absqz vllo remedio. Et ibi potest homo deuotus/ in certa fide coram sue mẽtis ocnlis statuere omnia sua facta/ ad generandum in se sanctũ timorem et pauorẽ secretoꝝ dei iudicioꝝ. Quemadmodũ est fragilitas z mutabilitas breuitas vite mortalis. mortis incertitudo. damnatoꝝ horror. multitudo eorum q̃ damnantur. ꝓpria sua peccata. defectusqz temporis preterit. quotidianos etiã excessus. Jtem quõ dñs noster ihesus christus sanctiqz omes/ multa passi sunt tormenta afflictiones z tribulationes. ita sit certus q adhuc plura sustinebũt mali atqz damnati. Et quilibet siue bonus siue malus expectare habet tribulationez affuturã siue citius aut tardi ¶ Jn secunda vero statione aut mansione/ locabitur spes tradens homini deuoto fiduciam ne ꝑ timorẽ nimiũ desperet z sic semetipm pdat et damnet. Et ibi debẽt considerari omnia que faciunt ad spem bonã concipiendaz de dei bonitate. Sic em̃ nobis esse faciendũ ipse mandauit. Reuocemus illic ad memoriam misericordias sanctoꝝ z sanctaꝝ. beneficia infinita ab ipo nobis exhibita z que quotidie exhibet. absqz vllo nostro merito. specialiter aũt magnanimaz dignationem z misericordiaz passionis iesu christi dñi nostri. Jtez gratiã quã deus facit subito peccatoribꝫ eos sustinendo. Jn hoc tabernaculo spei/ anima deuota resumit aliqualiter cor suũ/ tranferendo se de vno tabernaculo ad aliud. ad miscendum pauorem et humiliratem cum spe bona. Unum em̃ alio absente nõ sufficit. ¶ Jn tertia vero mansione dicte rupis/ demorabitur charitas. ibiqz ꝑsiderabit aĩma deuota dñi sui magnitudinẽ. z quõ dignus sit amari appreciari atqz laudari. Qualiter omnia gubernat atqz sustinz. omne qđ ẽ ex nihilo pura sua boitate creauit. Et sic de singulis cõditionibꝫ nobilibꝫ sine numero. sic z de gloria. quã suis tradidit amicis Sctus aug. docebat qficqz agnoscere deũ p mẽtis eleuationem supra terram. supra celum supra ꝓpriam suaz animã. atqz supra res oẽs ab eo creatas. z tunc in momento temporis z raptu/ subito ad similitudinẽ coruscationis/ aut velocis nubiũ cursus/ anima deuota attingit qđ sit de deo. z statim decidit econtra seu relabitur ¶ Sed ibi non oportet vos esse curiosas nec nimis stabilire et stare. Sufficit vobis deum agnoscere in paradiso celi. z q̃ntuz in pñti secl'o/ dz sufficere vobis q credatis et ꝓgnoscatis qz ipse creator factor et redemptor vester ẽ. et sic de aliꝫs dignitatibꝫ. de quibus in fide catholica edocemini. sine hoc q scire velitis quid sit ipse deus in sua natura p clarã visionem eius. ¶ De quo trado vobis tale documentum sancti dyonisij. Quociẽscumqz in contemplatione et meditatione de deo factis. scitis qualis sit res quã videtis. videtqz vobis q res hec visa/ quocũqz mõ assimilet alicui rei alteri huiꝰ mũdi tũc certitudinaliter teneatis. vos nõ videre deum taliter ꝑ clarã visionem. Et simili modo dico z de angelis. Non em̃ est deus corporaliter magnus. nec albus nec rubeus. nec clarus neqz coloratus. Sic nec sunt z angeli. ¶ Verũ quidez est q cognoscitur z sentitur bene/ z modũ alium/ qui scripto tradi non potest/ neqz verbis edoceri. nisi q̃ isti sic cognoscentes sentiunt z sciũt hoc qđ cognoscũt. Sicut sentiendo/ vnũ dulcedinẽ/ aut plenitudinẽ vnã vnuz saporẽ aut vnam melodiam. z talia sentimenta enarrari nequeunt. Sicut a simili aliquando intra nos sentimus bene/ amorẽ aut gaudium. z tamẽ amor et gaudiũ nõ sũt magna corporaliter aut gracilia alba vel nigra. Hec possz aliquis facere intelligere aliquẽ qualia essent talia. qui nunqz hmõi sensisset in se. ¶ Non tamẽ dico quin concipi poterit deus quid sit in humana natura/ habet ei vt sic/ corpus. formatusqz ẽvt alius homo Sed qđ dixi de deo. intelligo in sua diuina essentia. ¶ Et quando anima deuota/ bene vsitata esset in habitando istam rupẽ aut montem/ forti meditatione/ et ꝑ fortez cogitationem semp illuc reuerteret/ facilius se eleuãdo ac pmptius ad habẽdũ fidẽ spẽ et caritatem z alias pulcerrimas cõtemplationes absqz numero quas ibidẽ reperiret esset qz ei tanqz portus et litus seu cõfugiũ ꝓtra oẽs tribulatiões z impedimẽta/ maris

magni huius ꝑsentis mundi.

Capitulum .XLV.

De tribus modis quibꝫ gratia datur.

SIcut supra memini/mille mille modis ꝯtẽplatio variari pot ⁊ haberi. Ideoq; ꝑ tanto ad ꝑsens nõ ꝑsisto/relinquẽdo quẽlibet suo sensui ⁊ gre a deo collate. ne videar qdã largissimũ atq; copiosissimũ ⁊ qdã modo infinitũ/in tam breui et modica imaginatõne velle pstringere. Sed ꝑ finali adhuc dico. gram dei ꝑsentẽ esse animetribus modis specialiter. ¶ Unus est per iustificationẽ. sine hoc q sentiat atq; aiam cui sic adest deo acceptabilẽ redder. ¶ Alius modus est ꝑ sentimentũ ⁊ ꝯsolatõez aliquã. sicut in istis qui in sua ꝯtemplatõe/recipiũt ⁊ ꝓcipiũt diuersos ꝯsolationũ modos atq; gaudia spũalia. Nam interdũ eisdem videt/q liquefiãt oĩno in quadã dulcedine. in tãtũ vt omne qd cernunt aut meditent/plenũ esse tali dulcore iudicãt. Aliquãdo vero recipiũt securitatẽ q̃ndã admirandã humilitate plenã. qua mediãte/ipi sibimet displicẽt/solã accipiẽtes delectatõnem ⁊ placentiã eoꝝ in deo. Quotiẽs enĩ sibimetipsi quis placet atq; in se de seipso gaudet. cert⁹ sit a vera humilitate se eẽ alienũ. nec ꝯsolatões suas quibꝫ iocũdat/a ꝺo hre sciat originẽ. Uera enĩ humilitas semper exꝑis sociata visitationibꝫ bonis atq; diuinis/dat cognoscere ad imuz ⁊ veracit defect⁹ suos. ꝑ qs sibi bõ displicet. reddit q; vilis atq; abominabilis in aspectu suo. nihilomin⁹ placentiã maximã hñs. sed q̃ in gra miscẽa bonitateq; diuina ꝯsistit. Aliquãdo aĩa deuota sentiet cordis sui quãdã dilatatõez vel sui intellect⁹ ꝯprehẽdens in se pl⁹ q; etiã tot⁹ mũdus. iudicabitq; deum fore tã excellentis atq; infinite maiestatis/q q̃si omne qd residuũ est/ei nihil oĩno eẽ videat. nisi in q̃tũ esse in talibꝫ de⁹ cognoscit. Qñq; vero sentiet aĩa in se q̃ndã spũalem ebrietatẽ/ꝯmouentẽ eã sobrie/in laudes spũales. suspiriaq; sancta ⁊ deuota. nõ se valẽs ad intra ꝯtinere/ q̃n oporteat ꝺ foris erũpere seu ad extra id oñdere/qd sentiat. videtq; interdu eidẽ q oĩa plena sint gloria ⁊ laude plena. ¶ Tert⁹ vero mod⁹ hñdi gram pntie dei/est ꝑ vnionẽ. quẽadmodũ beat⁹ paul⁹ apl's habuit. ceteriq; cõtemplatiui excellentissimi. Sed de mõ isto loqui me indignũ reputo ⁊ os meũ ꝯtineo altioribꝫ doctoribꝫq; illud relinquẽs discutiendum. Finit.

Sequitur epistola ab eodem edita.

ATulerũt eximie caritatis vestre lre/nõ quũ leuamẽ infortunio meo (sicut spero) felici. Est enĩ flagellũ pris miscẽa tũ qd vsq; mõ vere supra spẽ et omne meritũ meũ/tpauit. Fecit enĩ cum tẽptatõe puentũ vt possem sustinere. Gratias igit vre benignissime pietati/q ꝯpassionẽ pstitit taliter flagellato/q plena cõsolatõe documẽta supaddidit/q demũ ꝓconijs qualia nec vsurpo mihi nec eis me dignũ censeo ꝓgrauauit. Sic plane sic decebat sapientiã. pfessos/vt vnũ e cõsortio suo quanq; abortiuũ qz tũ in tribulatõe positũ solarent. ¶ Uerũ et si absq; vlla fictione cũ laboribꝫ plurimis ⁊ exꝑsis. olim iã conatus sum debiles humeros meos/⁊ fragilitatis sue consocios subducere/oneri tanto cancellarie pficiẽt. ⁊ in aliũ gradũ transferre/uibilomin⁹ inegressibili quodã labo rinto circũactus/ ⁊ quasi posuerim pedes meos in rete ⁊ in maculis eius ambulẽ/cõfusus sum ab expectatõe/sentioq; illud terentianũ q nõ licet boiem sepe esse vt vult Dandat⁹ sum q̃ppe ab illo/cui post deuz me ⁊ oẽs opas meas debeo. dñm meũ dominũ Burgondõ loquor. cui⁹ vtinaz aliud circa me et ꝑ me modesti⁹ humili⁹ salubri⁹q; cõsiliũ extitisset/ignoscat de⁹ idipm consulentibꝫ. ¶ Jbã obediens/sed impediuit iter meũ/q olim asine Balaam obstitit/et interim ab executione officij cãcellarie me spontaneũ illud etiã. prius deserere patum tũ illud. ꝑ obedientia exequi volentẽ suspẽdit. In qua re facio quod mandatis/neq; aliud. pnunc subesse video ⁊ substituo enĩ pro exercendis omnibꝫ que pñs agerẽ cuz solẽnitate factum mitto. Bene valete/mei memores in orationibꝫ vestris. Scriptuz brugĩ. xxvij. aprilĩ.

Sequitur alia epistola eiusdem.

IOcundum est socij ⁊ fratres in xp̃o dilectissimi. Jocũdũ valde qz verbis nequeo vos alloqui. Sunt eĩ amicoꝝ grata vndecũq; colloq̃a

Nō si iuxta Terentianū senez/ proximus amicoꝝ gradus est vicinitas. multa prius eē mihi debet amicicia ad collegium illud venerabile/ quod incolitis. cui nō tam vicinus ꝙ ineunte ab adolescentia familiarꝭ semp intraneus fui. ꝛ tractui mozes ex conuictu. Solabor igiꝭ mutua vobiscū confabulatione/ coactā quietem meā. qua me diuinum flagellū alligauit in lecto valitudinis. vbi supinū immobilēꝙ iacere cōstrinxit. vtiliter speroꝛ magna dei misericordia non solū tolerabiliter ꝫ pene optabiliter. Curita/ quoniā neꝙ lectionē/ neꝙ oꝛationem neꝙ salubriū cogitationū protractionem exulauit a me quies talis. quinetiaꝫ familiaꝛiozes si nō obstitero/ cōstituit. Quo pacto sic? Dolozem nanꝙ coꝛpoꝛis/ ꝛ animi anxietatē/ diuina gratia vsꝙ modo vel abstulit vel fere supꝛa spem ꝛ vere supꝛa omne meritū meū/ temperauit. Gratias ei qui nunc adiudicauit me cōtumacē vsꝙ nunc seruū suū. non in ira ꝛ furoꝛe coꝛripere sed in virga filiali. Et domine si sic viuit̄ et in talib⁹ vita spiritus mei/ coꝛripies me ꝛ vivificabis me. ecce in pace amaritudo mea amarissima. Sed ad vos redeo/ quibus e cogitationib⁹ meis familiariter aperire studui. etsi non ob aliud. vt vel voluptatē aliquam ex tali cōmunicatione scribendo cōcipiam.

Sequitur alia epistola eiusdem.

¶ Scirē libenter o hō. cur frequenter sub forma oronis/ dicunt plures spalmi. qui nihil vt plurimū ad rem ptinēt. p qua orādū est. Sepeq̄ accidit vt is qui hos psalmos canit aut dicit/ignarus est z indoct⁹/ sermonē latinū ignorans. ac p hoc nulluz psalmoꝝ habens intellectū: Hō ¶ Ita est aīa. nō enī semp vniformis est impetrādi modus. vt circa seculi p̄rincipes aliq̄liē est supi⁹ declaratū. qđ z hugo de sancto victore lati⁹ declarat. Et p ꝓpendio tria sunt que p̄cipue ꝓferūt ad inclinandū maioris alicui⁹ animū z fauorē illius. procurandū ad suū subditū. ¶ Unū est dū subdit⁹ ipe illū vehementer laudat z virtutes eius extollit magnitudinē opulentiā. bonitatē mansuetudinē. largitatēq̄ p̄dicat. Et p hunc modum oratio dirigit ad deū non exp̄esse aliquid ab eo petēdo. sed tm̄modo pio z humili corde laudes eius depromēdo. puta dicendo q̄s pi⁹ q̄s magnific⁹ q̄s mansuet⁹ q̄s benign⁹ es dñe z sic de alijs eius infinitis laudib. ¶ Alterū est. dū illi/aduersariozuz siue hominū siue demonū/ ꝓmemorat tyrānica crudelitas. per quem modū plures orationes tradūtur in psalterio. ¶ Tertiū est dum is qui impetrare desiderat/ suam p̄testat miseriā paupertatē z angustiam ꝓmemoras se cū sit debilis z imbecillis oī ope omni ꝓsolatione destitutū. z hec eadē aliqñ in alijs esse ꝓmemorat. ꝓpter qđ nullum sibi ab homine sed a deo solo expectat auxiliū. Et fit aliqñ hmōi oratio absq̄ expressa aliqua petitione/nude z simpliciter tales z sil̄es defectus z necessitates apiendo. Et hoc vel qz se indignū impetratione iudicat. vel qz ꝓpter eius magnitudinez rē desideratā nō audet exp̄imere. ¶ Qui diligenter scrutat scripturas/ nihil in eis inueniet qđ nō ad alterū horū triū modoruz orandi reduci possit. ¶ Sup quo adiungo q̄ nec in orando semp vno mō disponitur orantis affectio seu desideriuz. q̄nimo multifarie variat z nihilominus manet recta z fructuosa quēadmoduz ipa oratio. q̄ ad veritatē nihil aliud est q̄s humilis z deuota affectio in deū finaliter relata. ¶ Aliquādo igit̄ sistit affectio in quadā pfunda reuerētia z subiectione ad deū. diuinam ex vna pte ꝓsideras altitudinē z ex alia miseriam fragilitatis humane sicut si aliq̄ humilis p̄sona/magnū aliquē imperatorē haberet obuiū/ mox se diligēter retraheret z profunde inclinaret. totaq̄ tremebūda se quo ad posset in suū cōtraheret locū. ¶ Plerūq̄ aūt affectio residet in timore. dū tremenda dei iudicia pfunde ꝓsiderat. que aduersus impios hīz apud inferos/exercet. sicut cū princeps aliquis aduersus suos seruitores grauiter indignari pcipit. ceteri oēs cō tremiscūt etiā si nullius offense sibi conscij sint. ¶ Est z alius affectionis modus. qui per ꝓsiderationē ꝓprioꝝ defectuū q̄by nr̄is viribz occurri non pōt. summā sibi suadet humilitatē. ¶ Surgit z aliqñ in affectiōe motus vehemētis angustie atq̄ anxietatis nimie. dum se quis ꝓpendēs vndiq̄ discriminibus inuolutum z circūductum remanet in seipo stupidus. nesciens quo diuertat z qualiter effugiat. ¶ Erūpit etiam aliqñ in affectu cordis motus quidā languoris qui sermone exp̄imi neq̄t sed suspirijs gemitib ꝓtinuisq̄ planctib aut etiā subitis z grauib clamoribz innotescit. sicut de pueris z bestijs in tedio cōstitutis superi⁹ exemplificatū est. ¶ Ingeritur quandoq̄ affectui motus ruboris z verecūdie. dum in mentē venit turpitudo z feditas sui peccati. insuper z sua ingratitudo apud celestē patrem z dominum. a quo tot z tanta beneficia percepta sunt. ¶ Concipit etiam B

aliquãdo affectus/odiũ quoddã suiipius dũ quis suos miserabiles defectus ꝛ casus ꝓsiderans sibiipi displicet. seqꝫ abominat et detestat. adeo q; ad instar fetidi cadaueris sibiipi fiat intolerabilis. ¶ Formatur et aliqñ in seipo affectus/zelũ quẽdã et indignationẽ laudabilẽ aduersus peccata sua aut aliox̃. ꝛ ob id seipm p penitentiã pseqtur ꝛ punit. ¶ Est ꝛ affectio qñqꝫ zelotypa circa se ꝛ alios. ex q̃ fit. vt studiose peccatorum discrimina ꝛ opportunitates deuitare conet ꝛ quelibet salutis sue aut aliene detrimenta repellere. sicut vir zelans vtrozẽ cautã adhibet custodiã ne turpe aut suspectum admittat ꝓsortium. ¶ Cõmouet aliquando animus affectu quodã pietatis et cõpassionis seu misedie ad se vel ad alios. qui surgit plerũqꝫ ex ꝓmemoratione hũane fragilitatis parte ex vna. ꝛ periculozum quib; omnes incũbim⁹ parte ex altera. vbi nihilomin⁹ pauca vel nulla ex nobis parata sunt remedia. ¶ Suspendit aliquando affectus in admirationẽ grandez. dum videlicet altitudinẽ diuitiarũ sapiẽtie ꝛ scientie dei vel incõprehẽsibiliũ iudicioꝝ eius ad mentẽ reuocat. in tantũqꝫ aliquotiens hec meditatio mentem ad se aduocat ꝛ sursum rapit/vt sensum ꝛ memoriã derelinq̃t et fiat velut desipiens ꝛ insana. ¶ Concipitur aliqñ in affectu mot⁹ sancte ꝓfidẽtie et bone spei in deũ ꝛ sanctos. dũ ea pcipue beneficia siue largitatis recogitant/quibus nos adiuuãt ꝛ tuent. ¶ Accedit aliquãdo eiusdẽ ex suoꝝ maleficioꝝ ꝓmoratione penitẽtie ꝛ cõtritionis affectio. ¶ Supuenit etiã qñqꝫ in affectu motus cuiusdã bone desperationis dum cõsiderans q; vana spes est homis. in solũ deũ se pjcat. eiqꝫ soli finaliter ꝛ principaliter inheret. ¶ Orit qñqꝫ in affectu mot⁹ horroris ꝛ abominatõnis/surgens ex ꝓsideratione vilitatis ꝛ turpitudinis peccati quã turpitudinẽ facit h affectio p os euomere p sincerã ꝓfessionez. ¶ Subintrat qñqꝫ affectũ motus sancti desiderij vel sancte cupiditatis/ veniẽs ex cõsideratione diuine pulcritudinis ꝛ excellentie glozie celestis. ad q̃m videndã ꝛ habendã/totis aspirat conatib;. ¶ Ingredit aliqñ mentẽ affectio quedã licite spũalis ꝛ sobzie cuiusdam ꝓplacentie q̃m sibi legitime suadet dum sibi cõplacere ꝑpendit in deo dño ꝛ in glozia eius. insup ꝛ in quibuslibet suis operib;. Que quidez spũalis iocunditas aliquotiẽs in tantũ robur excrescit vt verbis exprimi mime queat. sed subsignis quibusdã ad extra prorũpit vt puta sub iocũdis suspiriꝫ ꝛ gaudiosis singultibus. Vocatur aũt hec plerũqꝫ affectio mẽtis interna iubilatio seu exultatio. ¶ Exurgit aliquando affectio laudis. benedictionis ꝛ glorificationis/ ꝓmozãdo dignitatem dei inestimabilẽ. ꝛ aduocando creaturas omnes vt laudent eum ꝛ exultent in noie sancto eius. ¶ Adest etiam aliqñ affectus recreationis in diuinis beneficiꝫ. q̃ modis innumeris in dies ꝑcipim⁹. ¶ Excitatur aliqñ affectus in feruozem diuini amozis p ꝓsiderationẽ immẽse sue bonitatis. Et est altissima pfectissima ꝛ dignissima in ceteris affectionib;. ad quaz nibilominus tute ꝛ pfecte bi soli pertingunt qui prius in ceteris exercitati sunt quasi per illas purgati ꝛ cõuenienter prepati. q̃m ꝫm declarationez beati Bernũ. per illas oscula/mur pedes ꝛ manus. per hanc aũt ad osculum oris accedimus. Hec siquidez sancta affectio mentẽ deo summe approximat et domesticam facit ꝛ velut sponsam ei copulat. ¶ Ex pluribus iam dictis facile perpendes. cur simplices et illiterati laudabiliter et fructuose suadent frequenter dicere orationes quas minime intelligunt. Hoc enĩ fit vel vt hoc agentes deum venerent aut laudent. aut ei gratias pro beneficiꝫ repẽdãt sub sanctis ꝛ secretis verbis per os ꝓphetarum ꝛ sanctoꝝ reuelatis. vel etiã vt ecclesie obediant aut suo ꝓfessori. Accedũt etiaz et alie cause. quas perpẽdis adesse duz hmõi oones deuote dicũtur. Alia ¶ Declarasti mihi iã o bõ q̃ plurimos mendicitatis modos. insup ꝛ orandi ꝛ varios affect⁹ formandi/doctrinã tradidisti putilẽ. nunc restat vt exte audiaz si quotidiana mihi erit aliqua vna oro/quest⁹ ve vnus q̃tidianus apud oẽs sanctos simul obseruãd⁹. q̃s etiã elemosynas ero ĩ hoc q̃stu petitura? Dõ ¶ Poteris aĩa in hoc modũ quẽlibet obseruare. put tibi videt magis opportunũ magisqꝫ fructuosum. p ꝓuenientia tempoꝝ ꝛ locoꝝ ꝛ necessitatũ quib; eris obnoxia. vel altera quelibet pson pro qua orare voles ¶ Debes igitur/toto studio/tota diligentia discere que sint septem dona gratie precipue in tuis orationibus petenda. puta vertutes theologice. fides spes caritas. et virtutes quatuor cardinales. temperãtia

prudentia fortitudo ⁊ iusticia. que sint in sup septē spūssancti dona. septē beatitudines. septē petitiones in oīone dñica exp̄sse septē mie opa spūalia ⁊ corpalia. decez p̄cepta legis. In his tua versabit meditatō et ꝑm tuā opportunitatem aduersus morbos varios peccatoꝝ ⁊ piculoꝝ ⁊ tētationum/quib⁹ te subiacere cognosces/tuā formabis oratione. Diriges etiam frequēter oculū tue ꝓsiderationis ad illa septem capitalia vicia ad illos insup multiplices defectus quos in administratione corpaliuꝫ sensuū quotidie incurrimus. ⁊ sic de alijs infinitis miserijs. ¶ Ad hec plenius cognoscenda ⁊ discernēda confert plurimū summa viciorū ⁊ virtutū/q̄m quidā summam regis appellant. ¶ Poteris p̄terea tuum questū diuidere in septem ptes. ⁊ singulis partib⁹/ singulos deputare dies. Puta vt singulis septē dierū. petitionem facias de singulis septē donoꝝ. ⁊ ita de alijs omnibus in oīone petendis poteris ordinare et tibi quasi legem regularē ad hoc statuere. Et nihilomin⁹ alijs vrgentib⁹ causis extraordinarie poteris ad alia petenda frequenter conuerti. ¶ Sic etiam celestez ciuitatem velut in septē partes seu vicos diuidere. ⁊ per singulos illos vicos/singulis septē dierū discurrere ⁊ te questuare. Statuesq̄ in vico vno/ beatos angelos. i alio ꝑphetas ⁊ patriarchas/ xp̄i adhuc venturi p̄cones. ⁊ sic de alijs. prout tibi tua deuotio suadebit. ¶ Poteris etiam iuxta dierū solēniū exigentiā/recursum ad xp̄m facere eiusq̄ mysteria ꝓemplari. ac etiaz sanctorum quoꝝ celebrant solēnia. tuncq̄ deuotius solito eoꝝ implorare subsidia. eosq̄ apud alios facere mediatores. ¶ Jam ita q̄ (o anima) absq̄ intermissione prolixe satis locuti sumus/ cōuenit vt finē sermoni tribuamus. cetera diebꝰ posteris reseruantes. Nam etiā tempus adest/ vt ad questuz te cōferas. quē vtiq̄ practicādo sp in hoc officio doctior fies. nō modo in his de q̄bus exempla sunt posita pauptatū modis verꝝ etiam alijs innumeris erudita. Ita sane est ꝓmune prouerbiū/ q̄ fabricando fabri fimus. ¶ Anima ¶ Ita fiat vt suades o homo. Statuā itaq̄ in meipa certū ordinem ad elemosynā petendū. measq̄ petitiones pro necessitatum occurrentiū opportunitate conabor instruere. Nec tñ tibi molestū erit si nō vniformē regulam in meis obseruabo dep̄cationib⁹. q̄m absq̄ ordine ⁊ mensura mihi mee insurgūt paupertates ⁊ indigentie/ pro quarū exigentia mee sunt penitus oīoes instruende. Quibus etiā/ modus est nihilomin⁹ adhibendus. ꝑm qualitatē quib⁹ aut ꝑ quib⁹ me⁹ est sermo dirigēdus. Ceterū vbi me deficere videbis atq̄ torpescere/ velis obnixe p̄cor me dirigere. mihiq̄ adesse cōsilio atq̄ auxilio. ¶ Homo ¶ Libenter id efficiā o anima. Deus aūt tuus sit auxiliator. detq̄ tibi bene ac prudenter orare. ita videlicet vt ei grata sis. et bene desiderata quelibet impetres Amen.

Explicit prima pars.

Sequitur secunda

in qua ꝓtinent diuerse oīones ⁊ meditatōnes anime deuote. ꝑm diuersas materias. que parū aut nihil deseruiunt/ nisi iam de uotioni totaliter mācipatis ⁊ qui in seipis exp̄iunt affectiones virtutū. insup ⁊ dei visitationē cū ꝓtemptu mūdi. ¶ Incipiunt oīones ⁊ meditationes deuote/ circa oīonem dñicā. Et primo sup prima petitōne eius. sanctificet nomen tuū.

TU Oluisti dñe de⁹ omnipotēs. vt te orantes patrem appellemus Hoc itaq̄ supposito/ te dep̄cor sanctificet ꝑ nomē ⁊ cōfirmet in me. hoc est vt pseuerāter tua sim filia. Alias enī q̄uo mihi p̄ eris. si tua eē filia desiero? Mutuo se pfecto ponunt hec noīa. O quātū detrimētū est talē amittere p̄rem. q̄ etiā ignominia illū offendere vel ei nō fuire? ¶ Oñ queso hūc videre potero p̄ez in suo palatio q̄ iam versor in ꝑ exilio miserādo. Oñ illa mihi reseruata sua hereditate/ potiar Oñ statuar in illa sua aula regia imperiali palatio q̄ iam durissime sum carcerata ⁊ varijs circūdata bellicis impugnationib⁹ cum tñ sim regis imo talis regis filia? ¶ Quo ausu temerario gen⁹ meū. meam nobilitatē obliuiscar? Qua demiq̄ insania/ me velut scortuz corruptoribus exponam. corruptoribꝰ inq̄m totius castitatis proditoribꝰ. aduersarijs meis ⁊ p̄ris mei? Quā p̄terea fiduciā debeo cōcipere confugiendi ad talē patrē. tam opulentē tā sapiētem tā benignū? Confidēter illū interpellabo/ q̄ prior me dilexit. nullis meisq̄ meritis me suā filiā appellare dignat⁹ ē. Nō si illū velut inobediens ⁊ peruersa aliq̄tiens

offenderim. scio tñ q̄ p̄ peccato filie⁹ patri pena sufficiet exigua. ¶ Si ab eo panem petiuero ad viuendū. nūquid indignāter atq̄ iracūde mihi porriget lapidē. aut pro ouo scorpionez aut p̄ pisce serpentē? Non hec p̄fecto faciet. quippe cui⁹ hoc verbū est et exemplū. q̄ parētes carnales non hoc filijs suis faciūt. q̄nimo z tam bonis q̄ malis bona tribuere soliti sunt. Hoster igitur pater/ spūm suū dabit petentibꝫ. ¶ Cū igitur te patrē nr̄m appellari mādaueris. fiat vt iussisti. Te igit̄ p̄ hoc nomē cōtestor. vt illud in me sanctificet/ ita ne mentiar te patrem appellans. Nonne vtiq̄ mendacij arguerer. si nō tua exūs filia/ te patrē appellarem? Hoc igit̄ te nūc peto z exoro spēaliter. vt tibi talis exīstam qualē me tibi cēvoles. Nō si mihi negaueris cuz hoc veniret tuo detrimēto. quid aliud mihi donabis? Quis queso pater/ suę naturali filie talia petenti denegabit? ¶ Verū etiā pater mi cū tua sim filia. meā exo custodi castitatem meūq̄ honorē. Sic me includ. tales adhibe custodes ne tui aduersarij/ me valeāt corrumpe. q̄ q̄ illos non audiā vel ad minus nō exaudiā. Recedite recedite a modo infideles z petulantes inimici infernales qui me vultis infamare. qui a me dedecus atq̄ cōuicium exposcitis. Ignoratis vos q̄ er qualis ego sim z cui vos loq̄mini? Ego enim sum filia summi regis vestri iudicis qui vos ꝺdēnabit. Qua igit̄ p̄sumptione queritis illi suā surripere filiā? Nūquid vobis aures p̄beo auditrices? O turpissimi vilissimi horribilissimi hostes. nūquid vobis assentiaz qui estis fallaces z mendosi? Nūquid vestro suasu/ meuz patrē derelinquā/ mea fraudabor hereditate. z vobiscū meip̄am eternaliter ꝺdēnabo? Hoc profecto nullo pacto faciā. Nō si alias me nō infestatā non dimiseritis. mihiq̄ vim facere volueritis. scitis quid factura sim. Adibo certe patrē meū z ei rem insinuabo. q̄ mihi vtiq̄ feret opem vt eruar a manibꝫ vestris ac deinceps grauiter vos puniet.

f

Meditatio et oratō

super secūda petitione orationis dominice Adueniat regnū tuum.

Excellenter in hoc suam ad me dilectionem declarauit meus pater celestis. cum talem ac tantā dignitatem atq̄ excellentiā/ mihi voluit indulgere vt regnū quoddā eximiū intra me collocaret meo regimini deputatū. In quo ratō velut dña ac mgra debet p̄sidere. cetere autem oēs vires z potētie illi parere z obsequi. Sed p̄fecto nimis exp̄ior verū esse qđ antique dictū est. Vix sine guerra erit qui terram habet. Reuera regnū hoc de quo fmo cōtinue z incessanter p̄secutionem z impugnationē patit. Nō est vicium aut peccatum qđ non ip̄m hostiliter inuadat vimq̄ oēm faciat ad ingressum p̄ sensuū quinq̄ aditꝰ vt illic dominet z impet. Insurgit superbia cum clamore valido. z iactanter illic p̄sumit dñari. Inuidia ira z odiū conueniūt. cum iuramēto affirmantes se illic mansionem ac residentiam facturas. Accedit illa torpens acedia. nullo pacto ad discessum suasibilis. Gula fedissima exercituz parat. suamq̄ illic vult instruere coquinā. Luxuria furit. z affirmat q̄ regnū hoc p̄sus cōsumet. Auaricia cupida insidiose se ingerit. nec se hinc arbitrat depellendam. Atq̄ ita innumeri alij surgunt tirāni. qui nullo ordine sed horribili cōfusione satagunt in hoc regno dñari. At ego/ illos repello. illos abijcio. clamāsq̄ z suspirās protestor hoc regnū mihi datū a patre meo. cū summuz nefas esset tale traditamentū facere quo id regnū suis pateret hostibꝫ. ¶ Sed heu q̄d me aut meā estimāt potentiā. que sola sine viribꝫ sum deficiens z misera? Quid queso nisi a te patre meo adiuta aduersus hostes hos efficere valebo? Aderis igit̄ pater mi in regno tuo. z quo maneat inuictū illi seres p̄sidiū. Tuuz profecto est. ip̄m tibi tue q̄ custodie restituo. Ira sane z nō alias in me aduenier regnū tuū. semp̄q̄ remanebit aliter illud cogar amittere a deuastante angelo. eritq̄ in illo sempiternus horror z eterna confusio.

Meditatio et oratō

super tertia petitione orationis dominice Fiat volūtas tua sicut in celo.

O mine deus omnipotēs p̄ opti
me qui es in celis fiat volūtas tua sicut in celo z in terra. Volūtas inq̄ tua. qua fm viam mādatoz tuoz vadā ego debilis paup z misera ad te potentissimum. insipientissima ad te sapientissimū. egrotissima ad te summū medicū ac salvatorem. At quomodo fiet istud domīe. nisi tua voluntas me ꝺduxerit z traxerit ad te

Cū ergo ita velis.etiā velim nolim/tua voluntas fiat. Vidi sepius dñe.q̄ pr̄ ducit & trahit fi liū debilē atq; ipotentē vel etiā stolidū ad implēdū volūtatē pr̄nam. Ita q̄so pr̄ me trahere digneris ad te.nō me derelinquas in manu mei cōsilij nec mee tradas volūtati.imo dū oberrare a tramite virtutis me videbis.retrahe me dñe deus velut pauperē stolidā cecā atq; impotētez.& hoc siue p tuas virgas aduersitatis siue p dulcorē spūalis.siue p occulte inspiratōnis instinctū a tua bonitate.siue p altā manuz tue ptātis.siue p bonoz tuoz angeloz vel etiā hominū mīsteriū.siue p quēcūq; aliuz modū tibi placituz. Hoc tm̄ fac/ ne peā.q̄ q̄s tua de me & in me/nō mea voluntas fiat et impleat. Quid posset dñe cōuenientius atq; humilius paup ceca aut stolida pere/re a suo doctore & gubernatore.q̄ vt eam nō p̄mittat ambulare fm̄ suā temerariam intentionē in desideriis anime sue.

Oratio eiusdē con/

cernēs iterū hanc tertiā petitionē ex alia similitudīe/sumpta sup hoc verbo Jn cha/mo et freno.

a Jt dñe deus /tuus ꝓpheta: q̄ homo ꝓpat⁹ est iumētis insipientib⁹ in quib⁹ nō est intellectus. Nō si ita est.dirigas me dñe velut bestiolā indomitā.que nō p̄t aut nō vult p seipam domari.imittens frenū in os meū.aut alias me ligabis prout mihi opus erit dulcib⁹ illis ac solidis vinculis tuarū virtutū & p̄cipue/funiculo triplici qui difficile rumpit.videlicet fidei spei & caritatis. Auiduz est dñe os meū.impone sibi tempantie & sobrietatis frenū. Jndomita est lingua mea/discola & vagabunda p multiloquiū & vanū.astringe illam freno silentij.atq; ita fac circa singula membra mea. Et q̄uis frequenter tuo ductui renitar/aliter aut alio volēs ire q̄ tu impellas.ad modū equi lasciui q̄ sibi dimissus frequenter impingeret.ne q̄so ꝓpterea dñe ita contra me irascaris/vt p indignatione me derelinquas & sinas fm̄ impetum ꝓprie inclinationis aut voluntatis incedere. Jta enī mox impingerē & me morti traderē doloroſe. more illoz quos te dic̄ dimisisse ire fm̄ desideria cordis eorum eratq; profecto illa dirissima libertas longeq; eligibilior atq; suauior est tua seruitus.tuaq; subiectio.

Oratio super hoc

verbo Sicut desiderat cerui⁹ ad fontem.

O Fons vite dñe deus omnipotens ego sum illa paup lassata.depulsa et vexata/ que ad instar cerui desiderat venire & reuerti ad te. vt sit mihi recreatio cōtra nimiū calorē atq; ardentē sitim quā mihi illi infernales intulerūt inimici/me per desertū hui⁹ mundi continue insequentes/cum turba numerosa canum ferocissimoz̄ mordētiū & lacerantiū. Quapter vagabūda nō inueniēs requiē p hoc desertū discurro. Sunt aūt hi canes/cure ille diuerse ac solicitudines mūdane. q̄ variis modis me mordēt & lacerāt.quib⁹ plurimū turboz & euagoz in deserto predicto/nusq̄ requiē inueniēs nec amplius respirare valeo nisi venero ad te qui es fons vite et refugij locus.in quo mihi erit refugium et securitas.

Reditatio et oratō

diuisa p partes sup quarta petitione oris dñice Panē nr̄m q̄tidianū da nob⁹ hodie.

Dauper panē propter deū. Ego sum paup illa famelica/locata inter duas mensas.quarū vna ē cibis hui⁹ mundi onusta.quib⁹ quidē vesci possem. sed illos detestoz & recuso.altera bonis exuberat spiritualib⁹ quib⁹ cum affluere desiderem.minime pro voto illa consequi valeo. Heu moriet̄ mi pater hec misera famelica in tuo cōspectu ac tuoz omniū sanctoꝝ in hac mensa bonis gratie & glorie referta discūbentiū.vbi edūt & bibūt vsq; ad satietatē.imo vsq; ad sobriā ebrietatē. Nō quidē sum digna sedere in hac mensa. nec hoc requirere p̄sumo.sed humiliter peto vl̄ de micis & reliquijs hui⁹ mense magnifice parū aliquid p̄cipere.quo aliquātulū refocillata/valeā famē sitimq; meā & si non ad plenū sedare. Lego in euangelio de diuite epulone qui grauiter de duricia atq; auaricia arguit̄.q̄ miserico⁹diter pauperē lazarum a se repulit / illi sue mense micas nec volens tribuere. At ego sum illa paup infirma mendica vlceribus ac vulneribus plena/diuersoꝝ viciozum.que vr̄is assum in cōspectib⁹. O sancti & sancte dei oēs in vestris ianuis clamo suspirans.& peto de micis vr̄is ne queso moleste feratis.& more illius diuitis reprobi/ne me miserico⁹diter

tractetis. Absit a vobis hoc ꝛ improperiuꝫ: absit vt in tam pijs ac magnificis cordib⁹ tanta inueniat inhumanitas. ꝑsertim cuꝫ sine vllo vestro detrimẽto ac sine vlla diminutione id facere poteritis. Dementote vos aliquotiẽs ab hac mẽsa fuisse alienos et nihilomin⁹ tũc ex ea pasci libenter voluistis. Ita igit ꝛ nũc mihi facite que vobis fieri tũc voluistis. Vestra quidẽ sorore suꝫ et si in humilẽ statũ deiecta. etsi in exilio. ꝛ si in carcere etsi in miseria ꝛ paupertate maxima ꝓstituta. Ne igit me fame pure sinatis in ꝓspectu vestroꝝ ꝛ quidẽ pijssimoꝝ oculoꝝ vestroꝝ. ꝛ in tanta plenitudine spũalium alimẽtoꝝ. Hũ ego heu deterioris cõditiõnis ꝛ magis repellẽda. ꝙ catellus qui vel de reliquijs dñi sui sinit refici. Fateor quippe me ꝑ peccatũ factã etiaꝫ cane deteriorẽ. maneo tñ sp naturali cõditione/ vra soror. Ne igit tam graui aĩo/ meũ peccatũ feretis. qõ vtiꝙ nunc mihi odio est atqꝫ a meo repello consortio. quin pot⁹ ad id qõ naturali ꝺditione vobis tã de ꝓpinquo iũctũ est ꝓpatiẽdo/ vestros inclinabitis animos. ¶ Scõa pars. Verũ fateor me oĩ iure ꝛ ob mea maleficia carceri digne mancipatã. sed heu quis tã seuer⁹ iudex tã ꝙ se nuus/ qui captiuũ adhuc indemnatũ/ fame perire ꝑmittat. ꝛ petenti nõ porrigat panẽ Qui etiã essent illi cõsiliarij aut officiales adeo impij ꝛ agrestes qui hoc tolerarent aut suaderent: ꝙnimo etiã dãnatis ad carcerẽ ꝑpetuũ/ ministrant aliquotiẽs pitantie speciales ꝛ ꝑcipue in maguis solẽnitatibus. Nunc autem credo ꝛ certitudinaliter scio. ꝙ quãtũlibet sim incarcerata ꝛ grauibus oppressa criminib⁹. mitior tamẽ est et ad miserandũ promptior vestra curia ꝙ quelibet alia iudicis aut ꝑlati cuiuscũqꝫ mortalis. ¶ Tertia pars. Ego sum pauper illa filia/ elongata que partẽ paterne beneditatis me ꝓtingentẽ dilapidaui. que in extera regione/ fame morior. ꝛ vrgente famelica rabie. volo frequenter implere ventrem porcorũ pabulis. hoc est prauis bui⁹ mundi voluptatib⁹ quas sepe nec consequi valeo. Sed ꝛ ne cõsequar opto ꝛ oro. sciens ꝙ cibus ille minime satietatẽ afferret. ĩmo amplius faceret esurire/ trandẽqꝫ perimeret Quid igitur faciã Certe scio Animaduerto in domo patris mei ꝙ plurimos esse seruitores qui pane vescũt abundãter. Surgam igitur de stercore ꝛ fouea in qua iaceo et ibo ad patrẽ meum ꝛ dicam ei. Peccaui in celum ꝛ in te. non sum digna tua dici filia. fac me sicut vnã ex ancillis tuis aut ꝑdissequis. Auditu autẽ dicici ĩmo aliquotiens visu/ ꝙ ipe est mitissimus ꝛ misericordissimus. atqꝫ ita nec me venientem repelleret. ĩmo in pristinã restituet dignitatẽ. ꝛ tãqꝫ filiã suam denuo suscipiet educandam. Deu quotiens ꝛ ꝙdiu cogor ad patrẽ meum ꝓ pane obtinendo reuerti. nec tamẽ valeo. quoniã tali ac tã miserabili fame suꝫ afflicta. vt viribꝫ penitus destituta nequeam exurgere ꝛ moueri de hac infelici extranea regione. in quã incõsulte me intrusi. ni si aduenerit aliquis qui mihi manũ porrigat ꝛ ferat auxiliũ ꝛ consolationẽ ad me sustinendũ ꝛ dirigendum in via ne deficiam Vos igitur depcor sancti dei omnes/ adestote mihi ꝛ ferte opem. vt hinc egrediar. sine deuio sine offendiculo ad domũ patris mei. ꝑfectura ꝛ refectura. ¶ Quarta pars. O me miserabilẽ infelicem. vilem. fedam. deo ꝛ mundo odiosam. qua temeritate aut ꝑsumptione patrẽ illum mitissimũ ꝛ misericordissimũ audebo conspicere/ quẽ adeo contempsi ꝛ deonorauí. Qualiter aderit mihi lingua ad aliquid ab eo postulandũ. Presertim cũ iam illos temerarios conatꝰ meos expleuerim. mecꝫ ꝓstituerim ꝛ fedauerim cũ inimicis ꝑfati mei patris. Vnde nõ iniuria/ sibi facta sum penitus odiosa. Nunc igitur cũ melius nõ possum. reuertar ad illuꝫ quẽ tam grauiter offendi. Dic mihi misera ꝛ inuerecũda. qua fronte ꝫ audebis attẽptare. quo pacto ꝑsumes postulare panẽ ad manducandũ cui potius debentur verba ꝙ pastus: ¶ Verũ etsi ita sit. nec ꝓterꝙ penã ꝛ tormenta meruerim. tantã nihilomin⁹ illius ad quẽ reuerti propono/ miaꝫ esse cognosco. vt me ad id faciendũ vocare dignet ꝛ cõmonere. quãtũcũqꝫ etiã eũ offenderim atqꝫ despexerim. Vrgent insup ad hoc ꝛ impellunt famelica rabies. ꝛ extrema necessitas. Audiuit enĩ de⁹ depcationẽ etiã legionis demonũ quando petiuerũt mitti in porcos. multo minus ꝛ ego diffidam exaudiri.

Hic loquitur anima quasi exaudita ꝛ consecuta/ spiritalem consolationem

Gratias ago tibi pater dulcissime ꝓpter pitantiã nunc a te susceptam.

O q̄ sapida est. q̄ suauis ⁊ bona. q̄ nutritiua. Nup famelica rabies/oia mēbra mea torquebat. Aures interibāt in auditu vanitatū seculi. ardebat lingua puersis ꝫmonibus. oculi vanis aspectib defluebant. Os turpi vilescebat gustu. tactus pbravo luptate fedabat. O q̄ subito euanuerunt a me hec oia ptiosa desideria/ ad pūtiaz dulcedinis cibi illius quē misisti desuper. Da mihi dñe semp hūc cibū quo refectus abiciā ⁊ fastidiā venenosum ac mortiferū hui⁹ mūdi cibū. O dñe deus q̄ subito mihi facile factū est his carere. imo ꝺtēnere q̄ prius desiderabā. quoniā bonitas hui⁹ spiritualis cibi/facit omnia mūdana arbitrari velut stercora. ⁊ abominationi penit⁹ haberi. Concede dñe vt hec dispositio diutius in me ꝑmaneat. Ita saue iocunda essez et beata. Sed heu ego misera cito nimis hunc gustū ⁊ saporē amitto. quoniā nō debitam adhibeo diligentiā ⁊ ꝑ hac mortali vita. me faceor indignam ad perpetuaz atq̄ hereditariam illius possessionem. Vnde me penitus tue mie submitto.

3 Meditatio et oratō

sup quinta petitione orationis dñice. Dimitte nobis debita nostra sicut ⁊ nos tē.

O Bligata sum plurimū. Surgitq̄ obligatio hec ex factuis cōmerciis et cōtractib cū demone in foro huius seculi initis. cū pro momētanea vanitate breuissimaq̄ ac feda voluptate. ad eternam dānationē me astrinxi nec habeo heu vnde psoluā. cū sim paup ⁊ omni substantia fraudata ꝑ infortunatū ictum peccati. Quo igitur ibo. quo diuertam? Ad meuz certe reuertar patrem eūq̄ dēprecabor vt me ab hoc graui debito absoluat. Et ne repulsam patiar/ ei suas deferam lr̄as. a suis secretarijs ⁊ euangelistis consignatas. Vbis obtestabor ipsum me debere penit⁹ absoluere. Siquidē hec cōtinent vt si dimiserimus alijs ⁊ nobis ipse dimittet. Et ego ex nūc omnib dimitto sicut ipe dimitti iubet. Oportet igitur vt ⁊ ipe mihi dimittat

O Etsi forsan ipe vel alter q̄libet mihi obiecerit. q̄ nō integraliter dimitto. aut sincere aut eo corde quo debeo. Rūdeo mihi saltem adesse desideriuz dimittēdi sub modo et forma quib ipe hoc fieri vult ⁊ iubet. et hoc vtiq̄ satis est. Ita enī et mihi sufficit vt deus mihi cōdonet. hoc est vt sit ei desiderium mihi ex integro ꝺdonēdi quēadmodū ⁊ mihi est. q̄m si hmōi suū fuerit desiderium/infallibiliter ita fiet. Ex nūc igit mihi bñ erit/dū q̄sq̄s apud me debitū q̄cunq̄ ꝺtrahet iniuriā mihi aliquaz irrogans aut cōuiciū dicēs. Presertim dū hoc ꝑter meā culpā accidet. ⁊ mox illi ꝺdonabo. per hoc enī mihi tur⁹ parabit⁹ adit⁹ apud deum pro ꝺdonatōe oīm meoq̄ debitoq̄. Nō q̄dem q̄ alios in me peccare libeat/q̄q̄ deū nō vroꝛē et eis debita ꝺdonet. mihi enī ꝓpria peccata satis oneri sunt ꝓter hoc q̄ alijs ad peccandū sim occasio aut pro eis me ꝺdemnē. Sed cum aliter occurre non possim. mihi conuenit alterius peccato ad meā vtilitatē bene vti.

Oratio et medita- ℞

tio sup sexta petitione oīonis dñice. Et ne nos inducas in tentationem.

Q Vis heu ꝺsolabit⁹ hāc desolatam hāc mille laqis circūductā ac in varias tentatōes p̄cipitatā. in via hac in qua picula sibi imminēt innumera/ tā ab inimicis q̄ nūc in agro se exhibent vim inferentes. nunc in insidijs/suis fraudulentijs me morti tradere moliunt? q̄ etiaz a via ipa q̄ lubrica est ⁊ tendēs in decliue. insup ⁊ obscura plenaq̄ antris ⁊ serpētib⁹? Quis igitur binc me liberabit ⁊ cōducet ne in aliq̄s istaq̄ tētationū incidā. Nemo pfecto nisi tu/meus pater ac tuus bon⁹ spūs q̄ me deducet ī terrā rectā. qui vndiq̄ laqos inimici dissoluetis et illuminabitis meas tenebras. meosq̄ pedes stabilietis.

Meditatio et oratō ℨ

super septima petitione orationis dominice Sed libera nos a malo.

E Xprimi nō potest malū quo suz irretita. ac etiā necessitas que me angit quotidie. Multis modis subdita sum legi peccati qō sine lege ē. agitq̄ frequēter vt malū qō nolo id faciā. Quot mihi insurgūt mor⁹ mali horis singul/ q̄s minime vitare possum. nunc temerarie de alio iudicium ferēdo. nūc dolēdo de bono ipsi⁹. nūc de malo exultādo. nunc meipam pl⁹ debito extollēdo ⁊ mihi ꝺplacēdo. nūc irascendo aut dedignando. nunc vana loquendo. nūc leuiter asserendo. nunc inde uote orādo. nunc comedēdo ⁊ bibēdo. nūc in aspectu. nunc in auditu. nunc in tactu:

Te igitur exoro dulcissime pater celestis: vt me a tali malo liberes. vt tandem a magno illo malo qđ omne malum superat in horrore: et angustia morte. s. perpetua immunis quadam ac libera.

Oratio ad bonum

angelū suū: et ad reliquos oēs p̄ mediū ei⁹. plures continens partes.

Gloriose angele dei qui vnus es ex inclitis p̄cipibꝫ ciuitatis celestis cuius custodie diuina bonitate ac pie ordinatione cōmissa sum: p̄ eundē dirigenda ac p̄tegenda. insup: et iuuāda ad ingressum dicte ciuitatis bñ viuendo ac deo parendo: seruiēdo. hoc die: et hac hora me grandis vrget necessitas ad te recurrere. ℞ profecto bene ppendis: et agnoscis. Assum ego tua paup̄ ceca/ in p̄fundis ꝯclusa tenebris hui⁹ inferioris carceris. in quo nihil ē luminis spūalis ad ꝯgnoscēdū bona glorie celestis. et id parū claritatis qđ illic esse potest/ in me est obuolutū: et circūductū fumis ac tenebrosis nebulis. de turpi sceno ac lutosis paludibꝫ fetidoꝫ mee carnalitatis desideriorꝫ ac terrenarū cogitationum elenatis. Quāobrē incedere nescio p̄ vias rectas in vicos celestis ciuitatis/ vbi mihi mēdicare incūbit: et elemosinas meas petere. nisi ab alio ducta vel alit illumīata. Te igit̄ p̄cor dux fidelis ap̄pbende manū hui⁹ tue excecate. deduc eā p̄ vicū magnū p̄padis discurrēdo hostiatim. vbi valeam clamare. aduocare. gemere. flere. auxiliū implorare. et pauperi elemosinā petere p̄pter deum. Vere paup̄ est qui penit⁹ visu caret. qui ꝙ panē sibi lucrifacere nō p̄ot. Trahe me q̄so spēal'r apud tuos ꝯsodales/ ceteros angelos tuos amicos: et domesticos. vtiqꝫ p̄diuites: et gr̄e bonis refertos. Exhibe illis hāc mēdicā miserabilē/ ad elemosinā p̄cipiendā. Cū gaudio enī recipiēda est. est enī hec peccatrix q̄ vult conuerti vt dicit saluator p̄s. Ne p̄das igit̄ hoc gaudiū qđ vtiqꝫ p̄deres si ab hac mea ꝯuersione recederē p̄ defectū victus quē nō nisi meo questu ꝯsequi possuꝫ. Ne igit̄ me derelinq̄s ne ℞ mihi recuses fidelis custos. q̄uis te pluries p̄uipēderim/ male iurādo aut agēdo in conspectu oculoꝫ tuoꝫ qđ nec facere debuissē in ꝯspectu scurre alicui⁹ aut vilissimi alteri⁹ bois. Cōdona mihi q̄so rursus meā insipiētiā meosqꝫ excessus. Sū fateor stolida: et da deses ac p̄sumptuosa. Nosti hoc: et ides tue custodie relicta sum. sicut egrota medico, sicut ceca duci. sicut stolida et frenetica suo gubernatori. Ideoqꝫ necesse est vt me supportes in meis defectibꝫ. alias enī indesinēter nec scirē nec possem absq̄ errore de uio mēdicare: et vitā meā questuare. Quocūqꝫ p̄go aut ducor/ illic multū obscure cōspicio inclitā illā ciuitatē celestē. de q̄ tam gloriosa dicta sunt. Illic velut in vmbraculo p̄spicio nouē angelorꝫ ordines/ patriarchas/ p̄phetas/ ap̄los/ martyres. cōfessores: et virgines. et super omnes ih̄m p̄ p̄m gloriosamqꝫ eius matrē atqꝫ ita sum abunda̅nter munita ad p̄cipiendū elemosynas copiosas. Te igit̄ dep̄cor amantissime cōductor qui me illuc p̄duxisti. vt p̄ cōditione mearū necessitatū ab vnoquoqꝫ petam fm̄ dona: et gratias quibꝫ abūdanti⁹ affluunt. Da mihi adituꝫ. p̄forta me: et doce me petere. Erubesco plurimū ac vereor ꝯpare sed p̄ certo necessitas frangit legē. Ex p̄cepto etiā mihi hoc facere incūbit. vt pulsem. vt petā. nec recedā quātūcūqꝫ repulsa donec aliquid accipiā. Ita igit̄ faciā.

Loquitur anima

quasi in p̄aduꝫ ducta. Ōro ad seraphin.

O Vos seraphin qui placido igne diuini amoris incēsi estis mittite mihi p̄ā aliquā scintillā hui⁹ ignis. Mittite inqꝫ in cor meū penit⁹ gelidū. vt parū ad diuinū amorē incalescat. Per hoc ei vobis nihil deperiet. Aut certe me vobis tam p̄rimā faciatis. vt binc excalescā. Copiosa est apud me materia ad hūc ignē cōstruendū. Affluūt ei diuina beneficia. Insup: et mea peccata. que simul iuncta/ in me ipa nutrire deberēt maximū aliqđ incendium. Verū. frigiditas negligentie/ adeo p̄ualuit in me. vt vix aliquid incendi possit. Ne igit̄ mihi tam alieni sitis quin parum aliquid vestri ignis ad me incēdēdā meqꝫ inde purgandā ꝯsumetis. sic olim Isaie factū esse ꝯstat. ¶ Ad cherubin. Vos igitur cherubin in quibꝫ est plenitudo scientie et sapientie. erudite hāc stolidā indoctā. que frequēter iudicat malū bonū. et bonū malū que semp̄ inter laqueos: et trāsit⁹ piculosos inimicoꝫ versat. Date mihi clare noticiā qua valeaꝫ hmōi p̄icula declinare: et absq̄ offendiculo incedere/ p̄ vias rectas. insup: et deuꝫ absq̄ errore: et me absq̄ inordinato

fauore cognoscere. vt clare ⁊ sincere discer/
nam magna illa p̄mia mihi repromissa p/
te ex vna horrendaq; illius ignis gehenne
tormenta mihi cōminata parte ex altera.
Que vtiq; si diligenter ⁊ viue citer añ ocu
los ponerē/ simul cū breuitate mansionis
mee in hoc mortali corpe: nūq; peccatum
admitterem. ¶ Ad thronos. Vos throni
in quib⁹ propter profundā humilitatez ac
p̄cipuā reuerentiā que in vobis est ad ip̄m
requiescit ac residet deus. insup ⁊ sua iudi/
cia exercet sicut iudex in suo throno. impe/
trate mihi illā humilitatē/ illāq; ad deū re/
uerentiā. per quā se dignet in me collocare
et requiescere. Ad hoc enī creata sum ⁊ hoc
sic vtiq; obtinebo/ si vobis in hoc fuero cō
formis sicut ⁊ ip̄e repromisit. ¶ Ad dñati
ones. Vos dñationes impetrare mihi pre
cor plenū dominiū sup corpus meū. ita vt
in nullo me sue subiectioni reddat obnoxi
am. ¶ Ad principatus. Vos principat⁹
reddite me subiectam sublimioribꝫ prāti/
bus. absq; murmure absq; rebellione abs/
q; detractione. ¶ Ad potestates. Vos po/
testates eripite me ab aduersarijs meis om
nibus. quib⁹ vtiq; talis est potestas. cui nō
est aliqua ꝓpabilis sup terrā. ¶ Ad virtu/
tes. Vos virtutes facite intra me miracu/
la. me p̄ peccatū mortuā resuscitātes ⁊ infir
mam sanātes. Cum excecata fuero/ visum
restituite. cum obsurdata/ reddite auditꝫ
et sic de alijs ⁊ siquid mortiferum aut vene
nosum bibero. s. per malum cogitatuꝫ aut
prauā delectationē/ facite vt mihi non no/
ceat p̄ ꝓsensum. Sunt hec p̄fecto p̄clara
miracula longeq; visibilibus p̄clarioꝛa.
¶ Ad archangelos. Vos archangeli. nū/
ciate mihi quātū opus ē/ sublime fidei my
sterij. ⁊ quo a me vel ab alijs p̄ me instruē
dis in maiori veneratōne habeatur. obscu
ras sacre scripture sn̄ias elucidate. Et spē
liter tu sancte gabriel/ per sanctā inspiratio
nem mihi denuncies rumores placitos. si
cut feciſti beate marie matri dñi ⁊ zacharie
Et tu insup sancte michael qui es custos
et princeps ecclesie. qui viciſti draconem/
hostem sc̄z infernalē. qui p̄sentas aīas ante
conspectum dei/ ⁊ impetras ecclesie pacem
tene semp illū inimicū in tuis vinculis ne
nocere possit. ⁊ me in decessu ab hoc secu/
lo ante conspectū dñi p̄nata in eterna glo
ria. ¶ Ad angelos. Vos angeli nunciate
mihi/ quelibet dictum cognitu et factu op/
portuna p̄ro me aut quibuslibet alijs. pre
dicando exhortando vel aliud quodlibet
exercendo. ponite in ore meo verba sancta
et salutaria que sint ad edificationem meā
et aliorum. nec aliqua fallacia aut versucia
quecūq; valeat preualere. In tristicia que
non est fm deum afferte consolationez. in
desolatione me confortate de errore me re/
uocate. Emollite cor durum/ deuotionis
aridum lacrimis rigate. mentis illumina/
te tenebras. In laudib⁹ dei mihi sitis co/
mites. in excessu me reprimite. in bñ factis
roborate. aduersus omēs aduersarios me
os adiuuate. humiliate me in prosperis. ex
tollite in aduersis. in mea paupertate ꝓ me
q̄stuate. in infirmitate sanate. in hora mor
tis me visitate. auisate. excusate. liberate.
saluate. Sunt hec vestra officia fm verita
tem hist̄orie ac scripture sacre. Speciali/
ter tu raphael sancte. deduc me per viā bo/
nam. sicut duxisti tobiam iuniorem. et per
te talis mihi accedat profectus. qualis per
tuum sapientissimū consiliū/ accessit patri
eius ⁊ vtori sue sare.

Oratio ad omnes sanctos Continet plures partes.

NOn poterit queso inuenire subsi
dium refugiū aut miam hec paup
cula miserabilis aīa apud tot p̄n
cipes opulentissimos ac potentissimos in
felici patria. in vrbe beata. in loco totius
amenitatis ⁊ supabūdantie. in rēplo pieta
tis ⁊ caritatis regnantes? Quādiu queso
clamabo ⁊ eiulabo ad eoꝝ ostia petēs pau
peri panem p̄ropter deum. ⁊ nemo aduer/
tet? Quādiu vicissim discurrā ⁊ procūbaꝫ
ad pedes eoꝝ. ⁊ nemo succurret? O paup/
cula desolata vbi p̄ro dei reuerentia profi/
cies. si hic repulsam passa es si hic miaz nō
es ꝓsecuta? Si hic elemosinā gr̄e ⁊ indul/
gentie non impetres. q̄s alibi te suscipiet?
O felices o glorioſi sancti ⁊ sancte dei oēs
toties audiui magnū illū amorē ac fauorē
p̄mēdari/ quem geritis ad pauperes ⁊ mise/
ros atq; indigētes peccatores. insup ⁊ illā
vestroꝝ donoꝝ largitatē ⁊ supabūdantiā
elemosinarū. Heu ero ego omnib⁹ alijs in
felicior. despectior. indignior. magisq; re/
iecta? Deficiet hec p̄ropter me vra ꝓmen/
datio? Cessabit fons ille vre clemētie ma/
nare. ne sola ego bibā? Claudent mihi ve/
stre supplici/ man⁹ vestre. que ceteris oīb⁹

aperte sunt? Vester ꝓfecto thesaurus ꝓpe me mine decresceret. Non aderit quisq̃ ex vobis qui suscipiat hanc paupculam alie nam sub suo saluo ꝺuctu que dictim peri clitari minatur? Non erit qui ex ꝓpassione vel hospitē colligat. aut velut vnā ex mini mis ancillis sue familie dignetur ascribere Satis profecto mihi esset si ex his vel vn⁹ me benigne susciper. & inter suos vltimam statueret. Qō si in ceteris inuenta sim vi lissima indignissima infelicissima. grauiꝰ ceteris excesserim. eo magis vestrā meis precibus inclinabitis miam. sciētes q̃ his nō opus est mia qui carent miseria. Scio quippe ab altero vestrū eē dictum. q̃ vbi abundauit delictū/ supabundauit & gratia Si me a pedib⁹ vestris indignāter abijci tis aīaduertite que me velitis esse facturā. instruite me quo proficiscar miam repertu ra. Scio veraciter nō alibi hoc futurum. Quo igitur diuertā? Incidam in desperā tionem? Absit hoc. Audatuz enī accepi fm doctrinas vestras. etiam vsq̃ ad nouis simū mortis suspirū/ spem haberi debere Certissime enī tenete & credite me a vobis nō discessurā/ etiā toties quotiens repul sam. donec a vobis aliquid elemosyne pro mea pauptate sustentanda ꝓcepero. Qō si languere aut male pire cogar hoc cozā ve stris ocul' faciā. vīs aduoluta pedib⁹ cla mans ac vestrū implorans auxiliuz. Pos set ne hoc vestra benignitas admittere. ve stra clementia & humanitas / estimo vtiq̃ q̃ nō. ¶ Cōmemorate vos glorioſi sancti nō ad vestrā verecūdiā loquor sed ad meā ingentē necessitatem. ꝺmemorate inq̃m q̃ meas ptes aliq̃ gessistis. Huz q̃ppe nūc in eo carcere in eo exilio in ea pauptatis re gione. vbi dū fuistis voluistis vtiq̃ liben ter aliūde iuuari. aliūde ꝓfortari. Id ergo et vos nūc mihi facite qō tunc vobis fieri desiderabitis. Illā distribuite mihi grām que ex grā vobis prīdē donata est. Qō si alter vīm mihi iproperet & dicat me longe plus fedatā & pfundatā in sceno peccati q̃s fuerint illi glorioſi sancti. fateor ꝓfecto ita esse. Sed vī hoc eis? Nō nisi ex grā īdul tū est. Ex eadē q̃ppe massa peccati mecū ex tutere. pni ad malū ab adolescētia sua. nisi supabūdāti mia dei fuissent p̄seruati aut li berati. Et exinde magis obligant ad grāz impēdendā vt illā eo liberaliꝰ distribuant quo largius & copioſius acceperūt.

¶ Vos quidē estis in summa prosperi te in honore atq̃ felicitate. Non inui dens loquor imo veraciter hic plurimum gaudeo. Sed quid factura ē illa vestra so ror misera. degens hic deorsum in tāta mi seria & tanta necessitate? Adhuc durum esset cor vestrū atq̃ innaturale nimiz/ si illam perire sineretis aut a canib⁹ infernalib⁹ q̃ bus vndiq̃ vallata est deuorari. p̄sertim cū occurrere valeatis. & ad vos exclamo et extendo manus. lacrimis vndiq̃ pfusa ve strum petens auxiliū. Nō peto vram glori am aut vestras diuitias. Eripite me a mor te. & mihi satis est. Qō si vestraz sororē hec vos dēpcantem repuleritis. q̃m queso au dietis aut cui alteri benefacietis?

¶ Ymeā miseriā & pauptatē nō digna bimini respicere. saltē obedietis deo summo vestro regi atq̃ imperatori. Is fecit et instituit vos in suos elemosinarios. qui bus incūbit indigentib⁹ necessaria impri ri. Specialiter te virgo glorioſa instituit thesaurariā gratie. matrē miscōie nutricez orphanoz. desolatoz ꝓsolatricē. aduoca tam & cōsultricē. Ad te igit confugio. te re quiro p istoz officioruz virtutes/ ne mihi deficias in hac districta necessitate. Impti re mihi de thesauro gratie. nutri confor ta et consule. etsi nō ꝓpter me cū sim indigna omni munere gratie. tamen ꝓpter te & ꝓpter tibi ꝺmissum officiū legitime fm institu tionem summi regis exercendū.

¶ Adhuc dico vobis o glīosi sancti dei oēs. q̃ apud me ē signetū sūmi regis ad elemosynā vram ꝓcipiendū. Cognosci tis haud dubie signetū hoc. nō enī ignora tis q̃m sine speciali dei instinctu/ nec pos sem nec scirem ad vos ptingere. p requiren dis vīs elemosinis. Nōne ergo veniēs cū signeto/ a vobis audiri debeo & vestraz ali moniā ꝓcipe? Infallaciter enī me deus ad vos mittit. quos nouit huiusmodi elemo sinis abūdare. Ne igitur me coegeritis ad ipm reuerti & de vestra repulsa querelaz ex ponere. Loquor vt p̄sumēs/ fateor. sed ne cessitas mea pte ex vna & diuina benigni tas ex alia me transmittūt ad vos. & būc au sum sic loquēdi p̄bent. quoniā vt verū ca nit puerbiū. Qō dīns ꝓcedit/ nō iure fami lia denegabit. Liberalis dīns liberales ha bebit seruitores. ¶ Sed forsan mihi dicz aliquis. Cū deus (vt asseris) tibi velit ele mosynam impendi/ ab illo petes. per se

Ipsum enī si volet tibi qđ petis largietur.
At ego rñdeo. Que grā queso sanctis esset habēda. si nullo suo medio mihi deus per seipm subueniret? Qua insup ratione gratiaꝝ elemosynas ad supefluentē mensuram accepissent sancti/ si nō inde ceteris indigentibꝫ essent distributuri? Itaqꝫ hec dei voluntas est/ vt suos veneremur sanctos. illos depcantes ꝛ requirētes/ illicꝫ nobis succurrāt suas nobis donātes ꝛ impti entes gratias. Talez quidē decet dñm/ tales habere elemosynarios. que videlicet q̄relas verecūdozꝫ pauperū audiāt/ qui sine medio principem adire nō audent.

Vrsus quero. ꝓpter quid me repellis? Si ꝓpter peccata mea que aduersum me clamant atqꝫ obiciunt. heu queso dabitis vos potius audientiā fidēqꝫ et fauorem his cruentissimis aduersarijs/ non modo meis verū etiā ꝛ vestris quos miro modo exosos habetis q̄ vestre sozori paupercule. que vticꝫ creatura est ꝛ factura dei vestri sūmi principis? Exclamant fateoꝛ ꝛ strepitū magnū vestris auribꝫ ingerunt aduersarij isti scz peccata mea. meqꝫ sibi obligatā asserūt/ cū illa cōmiserim sintqꝫ opera mea. Silete. silete. infideles aduersarij vos reprobo ꝛ abnego ꝓ vos enī qz nimiū decepta sum peniteo. Decepta sum/ nō de medietate iusti pcij. sed in toto. Iterū igit atqꝫ iterū doleo. vos fugio ꝛ maledico. instumqꝫ bellum aduersus vos indico. In q̄ vticꝫ bello mihi debēt esse auxilio omnes qui partē dei fouent. eicꝫ fideliter subiecti sunt ꝛ ad fidelitatē tenent.

Quid queso gl'iosi milites ꝺi aliud facere valeo dicite mihi. Si temerarie aliq̄d opata sum. si in aliquo excessi. heu ñ in vno tātū imo i mille millesies. nō aliud mihi est remediū/ q̄ sine fictōe penitere atqꝫ in posteruꝫ pcauere ꝛ ꝓ posse id psequi qđ nouero vr̄o sil' ꝛ meo impatori displicere. Hoc aūt faciēdo/ mihi vticꝫ eē debetis ꝓsortio. cū id fiat in bonorē illi⁹ quē tā singulariter diligitis atqꝫ honoratis ꝛ id vticꝫ ꝺuenienter facere poteritis. Sed me obiicitis q̄ min⁹ debito hos psequor aduersarios/ imo sepi⁹ ꝓditrix existo cuz illis rursus paciscēdo ꝛ tractādo. illosqꝫ humaniter recipiēdo amando atqꝫ honorando. Ad hoc profecto quid dicam ignoro. Cessant omnes allegationes mee. ignominia rubor ꝛ cōfusio irruūt sup faciē meam. Iu

boc me fateoꝛ ꝺuictā esse ꝛ dignā oīmi opprobrio. Dic itaqꝫ nil aliud respōdeo. nisi q̄ misericordiā peto. Misericordiā inq̄m et indulgentiā. gratiā ꝛ veniā. hoc satis sit. vobisqꝫ hoc rñsum sufficiat. Si centies a pugna fugio ꝛ centies reuertar. vester iubz impatoꝛ ne repellar. Hecꝫ hec est principalis mee petitionis causa/ vt vestro presidio sic munita sim ꝛ talē in me suscipiā animū vt amodo nō reuertar ad illius mei aduersarij sepe dicti scz peccati maledictū cōsoꝛtium. q̄qꝫ suis insidijs ꝓmissis ꝛ cautelis/ ampli⁹ me nō detineat. aut vi quacūqꝫ superet. Non vticꝫ a debili egrota et pstrata vltra vires exigetis. Facile fateoꝛ ē de me triūphū sumere. prona sum ad deceptōem. Hec est mea miseria. ꝛ qđ plus est nō ea diligentia qua deberē/ vestrū peto ꝛ expecto subsidiū. imo in hoc sum somnolēta deses et inattenta. Et hoc est heu vnde sūme doleo. qđ nūc queroꝛ ꝛ deploro. hoc est pro q̄ vos depcoꝛ ꝓ quo vr̄is aduoluoꝛ pedibꝫ. pro quo vr̄az interpello gr̄am ꝛ psidiū posco vt ex nūc sim robustioꝛ magisqꝫ solicita ex toto corde ad vos in meis aggressibꝫ et aduersitatibꝫ recurrere.

Minime opus ē (o glorioſi sancti dei) vestras diuitias vestrā gloriā in aliq̄ diminui ꝺū mihi succurritis. Nihil a vob peto p̄ter verbū. ꝛ vt ꝓ me apud deū quibꝫ opportuna saluti mihi ꝓueniāt dignas p̄ces dirigatis. Non arbitroꝛ taz angustam esse vestrā caritatē/ vestrāqꝫ largitatez. vt h̄ mihi denegetis. Incōpabilis q̄ppe est modica illa caritas (si vel modica in me sit) ardenti illi fornaci vestri amoris. Et tamen nemo adeo mihi censeā alienus etiam si iudeus vel gentilis imo si patris aut matris occisoꝛ. cui corde sincero ꝓ se aut ꝓ aliuz ꝓ se p̄ces ad dñm ꝓ me fieri instanter req̄renti/ nō libenti aīo adq̄escerē. Quo igitur pacto ꝓ me apud deū nō intercedetis cuz sim christiana ꝛ vestra soꝛoꝛ in fide ꝛ vos ad id faciendū instanti⁹ interpellem. p̄sertim cū vos in nullo defenderim? Et si offendi. doleo ꝛ veniā peto. Cū profecto talis ac tāta sit vestra dilectio tā q̄ ampla largitas ꝛ extensa/ presumi nō potest vt q̄ tam humiliter ac decenter peto. mihi recusetis. Nō si feceritis/ bene mihi vticꝫ erit. q̄m certa suz q̄ apud deum infallaciter impetrabitis q̄c quid pro me petieritis. Cur enim vellet ipse me vos depcari vestramqꝫ oratōem

ad meã instantiã sicut incẽsum dirigi ĩ cõ/
spectu suo. nisi vos duceret audiẽdos. Nũ
q̃ vobis talẽ afferret cõfusionẽ. vt vos va
cuos a se repelleret. Que etiaz esset illa vra
felicitas si nõ replereret desideriũ vrm in oĩ/
bus que exposulatis.

¶ Hobuc psumã amplius z dicã. q̃ de⁹
per os vestrũ z per vestrã doctrinam
mandatũ mihi dedit/ vt ad ipm z ad vos/
sit meũ refugiũ in omnib⁹ necessitatib⁹ me
is. Cum igit̃ p̃cepit deus z sub hac fidu
cia vos interpello. quo modo credi poterit
q̃ vnũ iubeat z alterũ faciat. atq̃ ita mihi
nõ succurratis? Jubet quippe p vosipsos
vt semp sit spes mea in suaz bonitatẽ. z ita
vtiq̃ erit. in tantũ vt etiã si me occidere vo/
luerit/ nihilomin⁹ sperabo in ipm. non igi
tur ob aliud vult me ponere spem in suum
auxiliũ. nisi quia vult suũ z vestrũ auxiliũ
petenti/ assistere. Qõ si mihi quis dixerit.
hoc intelligendũ esse dũmodo bona z san/
cta sit hec spes mea z nihil cõtra mandata
eius admisero. Deu me hoc est p̃cipuũ. p/
pter qõ bonũ arbitroz ponere in dño deo
spem meã. z eius inniti auxilio vt videlicz
suo munere mihi sit pseuerantia in obser/
uantia mandatoz suoz. z tandem in extre
mis inueniar in gra sua. z in suo seruitio.
Et si nõ concedet hec mihi gratia intuitu
pcũ mearũ/ saltẽ concedet ꝓpter diuinũ mã
datum quo stimuloz ad petendũ.

¶ Onsidero insuper q̃ si vestrum quí/
libet/ vnius diei indultum seu remis/
sionem impetrauerit/ magnis abundabo
divitijs. Minime autẽ difficile est ita im/
petrare imo longe plusq̃ petere p̃sumerez
quoniã et si magna recipere nõ merui/ ve/
stra tamen largitas exposcit vt magna mi/
hi tribuant. sed z mea ingens necessitas p/
sidium magnũ efflagitat nõ alibi q̃ apud
vos inueniendũ. ¶ Qõ siquis dixerit hãc
elemosynam bonis operib⁹ z legitimis ad
vos obsequijs esse mihi consequendã. Re
spondeo q̃ iam esset elemosyna quodãmo
do vendita nõ donata. cuius tamen etiam
id modicuz bonoris qõ vos interpellans
meq̃ subijciens z humilians vobis impẽ
do quodam iure postulat vt quadam vi/
cissitudine mihi succurratis. atq̃ ita nõ in
vanum spem meam atq̃ refugium in vo/
bis posuerim. ¶ Fateoz quidem me nõ cõ
dignum ad vos habere honorẽ z amorem
sed debilis sum viribz z facultatib⁹ inops.
De modico autẽ modicuz grate suscipien/
dum est. Itaq̃ dum ero locupletioz in do/
nis spiritualib⁹. abundãtius z opulentio/
ri corde vos honorabo vos amabo. ¶ Di
co insuper q̃ noui personas aliquas absq̃
lr̃is/ etate etiam iuuenes. quarũ conuersa/
tio ab vtero fuit in campis. que nihilomi/
nus ex vehementi affectu largiendi alijs
dum sibi nihil donandum adesse viderent/
voluerunt id vasculum in quo sepeliri de/
buerant in elemosynam conuerti/ seq̃ nu/
das in terram projici z exponi vermibus.
fuit hoc nobile testamentum. Qõ si vna
parua scintilla caritatis. tantum opus hic
deorsum valuit efficere tantamq̃ suscitare
flãmam exterius ad subuentionẽ alterius
quid queso esse debebit apud vestrã abun
dantissimã ardentissimãq̃ caritatem circa
nos pauperes. qualẽ emittet ille ignis flã/
mam. quale insuper opus demonstrabit?

¶ Conuerto p̃terea considerationẽ men/
tis ad illam vestrã caritatẽ atq̃ largitatem
quã dum hac mortali vita fungebamini/
erga pauperes habuistis. vnde magnũ cer
tissimũq̃ ausum concipio ad vos interpel
landum. sperans vtiq̃ mihi venire desup
auxilium. Cum indubie nõ diminuta sit
per gloriam vestra caritas. imo inestima/
biliter aucta z pfecta. Et si enĩ vobis desit
miseria. mia tamen adest. cum illi sitis pro
pinquissime iuncti/ cui ꝓpriũ est pceret mi
sereri. ¶ Non sufficeret tempus nec lingua
aut intelligẽtia illa numerare pietatis opa
que vobis vestra suasit caritas erga paupe
res exercere. Que enĩ egritudo miseria aut
Z Recogites ad extremũ in ipsa meditatõne tua/quid vel pro quibꝫ orasQuem modũ sub cõpendio reducim⁹ ad quaternariũ. ¶ Quidã sunt in gratia, sicut defuncti in purgatorio. vl' plurimi viuẽtes in seculo. pro qbus est deo placens oratio, quẽadmodũ fit duꝫ pro amico ad amicũ deferꝫ intercessio. ¶ Inuentũtur alij quorũ laudabilis cõuersatõ/plurimũ edificat ecclesiã q̃ si caderẽt/fierent in horrendũ scandalũ omniũ bene viuentiũ fabulam ⁊ derisum ¶ Aut tales sunt. quoꝝ cõuersio valde pficeret reipublice seu xpianitati saltez vt in hoc nõ relinqueret dom⁹ virgã peccatorũ sup sortẽ iustorum vel populorũ afflictorũ Alij sunt p quibꝫ est orandũ quatin⁹ vbi supabũdauit delictũ. supabũdet ⁊ gratia. q̃ sunt supra modũ peccatores psecutores ⁊ hostes acerrimi Tu denicꝫ sup oẽs ⁊ pre oẽnibꝫ miserere anime tue placẽs deo. pete ab eo vt vias tuas dirigat. oẽsq; tua consilia in eo pmaneãt. Insup q̃d ab eo postula. i. solidum ⁊ stabile bonũ eterne felicitatis. Reminiscere cõfortiter ad hanc meditatõz tibi coniũctorũ. quoniã qui suorũ ⁊ maxime domesticorũ curã nõ habꝫ in oratõne sua. fidem negauit ⁊ est infideli deterior. Sit in omnib⁹ ⁊ pro oẽnibus cardo desideriorũ tuorũ ⁊ orationũ/volũtas dei bñ placens ⁊ pfecta. Exaudiat pete cardinẽ hunc desideriorũ tuorũ quomodolibꝫ disposuerit deus. p arma iusticie a dextris p speritatis ⁊ a sinistris aduersitatis p infamiã ⁊ bonã famã. ⁊ satis est. Hoc tandẽ p cõperto tene/q̃ pmisse considerationes ⁊ similes/proficiũt apud eos qui seipsos ad oratõem cõtinuo vsu voluerint extendere siue exercere. Quẽadmodũ Cicero tulli⁹ protestat/dum eloquẽtie precepta tradit dicens q̃ si deest exercitatio/modicũ vl' nihil ars proficit. hoc mlto magis obseruãdum est in pceptis de oratõ deũ. alioquĩ verba fiũt surdo. ⁊ lux oẽndit ceco. Exercitiũ vero si vigilãter affuerit/faciat sibi materiã orõis deuote rem oẽm que sub aspectu vel auditu vel alio sensu se repsentauerit Videbit subulcũ post porcos recordabitur euãgelice parabole de filio prodigo ⁊ clemẽtissimo patre. videbit paupertẽ mẽdicũ ⁊ vlcerosum recordabit euãgelice parabole de Lazaro et diuite epulone. Videbit diuitẽ mlta sibi conq̃rentẽ in annos plurimos Recordabit euãgelice cõminatõnis. Stulte hac nocte aiã tuam tollent a te et que parasti cui⁹ erũt? Videbit filios huius seculi qui habẽt consolatõnes suas/mltis modis. Meditabit q̃ sit cõsolatio quã parauit de⁹ diligentibꝫ se. Videbit etiam bruta aimalia quãta solicitudine sicut canes domestici seruiũt homi Meditabitur q̃ iusto dei iudicio condẽnant homines inobedientes ⁊ ingrati deo benefactori liberalissimo. Sic in oẽnib⁹ et p omnia discurrat tua meditatio ⁊ repies amplissimã ⁊ semp pñtem materiã orationis. Considerãs igit attende et fac. q̃niam ita tibi diligẽti deũ/oẽnia coopant in bonum. ¶ Meditare igit vt columba simplex ⁊ gemẽs. ⁊ sit meditatio tua in cõspectu dei semp Est autẽ meditatio fortis ⁊ vehemens attentio ⁊ studiũ ad aliquod inuestigandũ per intellectũ. vel degustandũ per affectũ. Sic meditari iubebat qui dicebat. Gustate quo ad secundũ ⁊ videte quo ad primũ. qm̃ suauis ẽ dñs. Rursus idem pñs. ait. In meditatõne mea exardescit ignis subintellige illuminans intelligentiã ⁊ inflãmans affectõem. Quod aliter fieri neq̃t/ si nõ in vnũ colligat se mẽs nostra. cõprimens ⁊ reprimens varios et vagos occursus et recursus/inutiliũ cogitationũ somnio similiũ. manu districte redargutiõis ¶ Tandẽ ipsa meditatio que laborẽ habet ⁊ fructũ/vertet in cõtemplationẽ. que facilis erit vt cogitatio. sed nõ vt cogitatio infructuosa sed fructuosior etiã meditatõne. Tunc enĩ per cõtemplationẽ/videbis ⁊ affluES ⁊ mirabit⁹ dilatabitur cor tuũ. Nam cõtemplatio est liber et expeditus mentis intuit⁹ in res prospiciendas vndequaqꝫ diffusus. ⁊ in diuina spectacula suspensus. Inde fit vt sicut aliquis bene ⁊ cõtinue meditans scribere cũ laboriosissima tarditate. tandẽ peruenit/ vt celeriter absq; labore dum incipit bene scribat. scribens autem celeriter/ neq; bñ neq; celeriter vnq̃ scribit. Ita de meditatõe

celestium accipe. Jūuabit autem te lectio erudiēs/oratio lactans/meditatio prout dictum est pascēs vt contēplatio suauiter delectans. nutriens ⁊ diuinitus afficiēs subsequatur.

Secunda pars.

¶ Multum valet(vt testatur Jacob⁹ apostolus)depcatio iusti assidua De petitōe non romani cōsulat⁹ vt Cicero Tullius.sed celestis incolatus scripsi nuper tibi frater carissime. ex quo plecto siue inspecto/potest illa consequēter solui dubitatio que multos inquietat Quid⁊ quantū valeat oratio. si pro multis.si pro amicis. si pro se tantū quātum pro vno.pro inimico.p alieno ¶ Incidit autē protin⁹ distinctio de triplici facie petitionis/qua orans nitit impetrare.aut p modū fit liberalis ⁊ gratuite donatōis. aut p modū meritorie actōis.aut per modum satisfactiue recōpensatōis.

Primū respicit liberalissimā donantis misericordiam absq; respectu ad merita quecūq; ipsi⁹ orantis vel alterius pro quo fit oratō Et quoniā sicut misericordiarū dei nō est numer⁹ pond⁹ vel mēsura.sic nō cadit sub nostra numeratōne: vel mēsura quid⁊ quantū⁊ quib⁹ det. qui prior nos diligit pura⁊ gratuita voluntate cuius voluntatis nō est querenda ratō que frequēter. vbi supabundauit delictū. facit⁊ gratiā supabūdare. Exemplū in rege qui suos incarceratos dimittit quādoq; liberos absq; precio vel mercede⁊ absq; intuitu intercessionis cuiusq; facte/ quia ad hocipm sue liberalitatis virtus trahit. Hic est frequētissimus apud sacram scripturam modus oratōis sanctorū patru⁊ atq; prophetarum.

Oro si fit petitō p modū meritorie actōis tūc nullus impetrat de condigno qui caret caritate. Qui vero caritatem habet/eo(ceteris paribus) est efficaior oratio sua pro seipso quoad pmium essentiale beatificū,pmerendū quo feruor caritatis ⁊ conatus fuerit maior. Ceterū si de premio loqmur accidentali siue sit illud premiū eternū in celis.siue sit trāsitoriū ⁊ tpale in terris. Dicimus cōformiter ad cōmunē theologoz sentiā q; essentiale premiū nō inde minuit si actio meruit q̄ lecūq; tale premiū qō vocam⁹ accidētale.

¶ Est autē tale illud premiū quod nō h3 pro obiecto visionē dei clarā cum fruitione cōsequente eā. quoniā essentialis beatitudo/in duob⁹ his actib⁹/ab ecclesia ponitur integrari. Cōsestim ex hoc infert/q; oratio si pro quantū multis fiat.si p alīs q̄ se.si denicq; pro inimicis:ipsa tamē eq̄li caritate premiū essentiale semp equale meret. Secus de premio accidētali.eo q; pro varietate petitionū.⁊ meritum variatur. Unde plus de tali premio ceteris paribus meret aliquis pro vno q̄ pro multis.⁊ pro se q̄ pro alīs/ et pro bonis q̄ p malis.⁊ pro amicis q̄ inimicis Exemplū de rege.qui ad meritū solū orātis respiciens.liberat citius vnū captiuū q̄ multos et seipm orantē q̄ alios.⁊ amicū orantis citius exaudiet q̄ inimicū.

Postremo si consideret oratio fieri p modū tertiū,satisfactorie scz recōpēsatōis/erit necessaria multiplicior distinctio,qm̄ de illa similiter est inquisitio difficilior Sepatis igit duob⁹ respectib⁹ primis ab ipsa oratōne/ dū innitit⁹ vel soli diuine liberalitati/ vel soli meritorie⁊ charitatiue actōi. Jnuenim⁹ primo grās gratis datas quib⁹ innitit⁹ oratio sicut sunt fides⁊ spes.etiā informes. Jnuenim⁹ secūdo operū penalitatē sicut in ieiunio sumpto general⁹ pro omni corpis afflictōne. Tertio iuenim⁹ opeq; fructuositatē in alios.sicut est elemosina sumpta generaliter pro oīi opere misericordie spūali vel corporali. Jnuenim⁹ quarto opeq; dignitatē sicut est oratio sumpta generaliter,p oīi eleuatōe mentis in deū p piū ⁊ humilem affectū. Quinto inuenimus opa priuilegiata in q̄bus est valor virtute opis operati.sicut in sacramentorū mīstratiōe vel susceptōne.que virtutē habent ab institutōne ⁊ merito xp̄i.etiā vbi nullū adesset meritū vel dignitas ministri. Jnuenim⁹ sexto opera/aliter⁊ aliū de priuilegiata.sicut sunt indulgētie.sicut sunt benedictōes p ecclesiam ordinate/sicut oratōes vice sua facte. Sic demū oratōes per alios in gratia stantes fieri cōmisse.

Onamus igit aliqua cōformiter ad hanc septuplicē distinctōem Et p mio q; ceteris paribus(sic semp sunt seqn̄da intelligenda) Petitio facta tanq̄ satisfactoria recōpensatio.nunq̄ ita valet pro multis sicut pro vno Istis enī/fit iusticia

quedã cõmutatiua tanq̃ pręcij ad pręciũ vt si duo sint in carcere quilibet pro decẽ solidis/expedit vnus citius dum prebentur decem solidi pro se vno/q̃ si pro duobus tantũmodo donarẽtur.

Amplius satiffactoria recõpensatio pro delictis quanto penalior z acerbior est: tanto ceteris paribꝫ fit acceptior z eo magis quo fuerit in eadẽ plus de voluntario ratõnis. Est enĩ satiffactio. redditio voluntaria alicuius alias debiti Id circo ponimus largo nomĩe/ triplicez in homine voluntatẽ. Vnã sensualitatẽ. Alterã rationis inferioris. Tertiã rõis superioris Obuiat autẽ pena/volũtati sensualitatis. alioquin iam nõ eẽt penalitas voluntas vero ratõnis/acceptat eã quãdoq̃ priuatiue. quod fit duz non remurmurat aduersus ipam sed tolerat eã sicut in purgatorio. Quãdoq̃ vero vult positiue. qõ fit dum ratio letanter eam acceptat. ita vt nolit etiam si possit ea carere. sicut (verbi causa) viatores sponte penitentes in ieiunio sacco z cinere. sicut egritudine corpali. sicut iniuriarũ voluntaria z discreta pessione. sicut deniq̃ in tentationũ spũalium plusq̃ dici potest inquietudine Habet itaq̃ (sicut pclare quidã ait) ipa tribulatio vocẽ orõis. vt lazar⁹ tot linguas habuit/quot vulnera toleranit. zc.

Iacamus cõsequẽter iuxta priorẽ distinctionẽ q̃ opa que sunt alĩs vtiralis/satiffactiũt varie/iuxta fructuũ varietatem qui diriuãtur in alios/pro diuersitate illos recipientiũ. Que vero sint et q̃t opera misericordie. satis vulgatũ est. Attẽditur hic obligatio. qua cõstringit ille cui fit elemosina. vicissitudinẽ scilicz reddere vt vel orando vel ieiunãdo vel aliquod tale faciendo.

Oro si cõsideret satiffactio que fit p oratõnem/ secluso respectu ad caritatem/illa frequẽter habet sine forti meditatõne vel vehemẽti/iunctã cum ea penitẽtiam/idcirco habet vim satiffactõis. tamẽ differẽter/iuxta sui continuatiõez maiorẽ que fit tripliciter. aut actualiter. aut virtualiter. aut solũ habitualr. Exemplũ dam⁹ in simili. quia nõ oĩa possum⁹ sub hac breuitate/plena ratõne discutere. Ecce pegrinatur aliq̃s ad sanctũ Jacobũ. hic ambulat nõnunq̃ z mouet cum actuali recogitatiõe sua sue pegrinatõis. ambulat ali quando sed de pegrinatiõe sua nihil recogitat actu. continuat tamẽ motũ in virtute deliberatõis prime qua constituat peregrinari. Ceterũ desinit a motu quãdoq̃ retinens actualẽ voluntatẽ sue pegrinatõnis quãdoq̃ sicut in somno nihil actu cõsiderat. In primo casu est peregrinatiõis continuatio/duplici cõtinuitate actualiter/nature sez et moris. In secundo est cõtinuatio pegrinatõnis nature z continuitate moris/licet nõ actualiter sed virtualiter. quoniã in virtute voluntatis prĩe continuat motũ. sicut in motu lapidis p⁹ elapsum a manu proiciẽtis/videre est In vltimo casu reperitur discõtinuatõ naturalis eo q̃ motus cessat/remanet tamẽ cõtinuatio moris. quoniã non est apposita volũtas opposita que nolit continuare peregrinatõnem/sed in habitu semp manet. Vnde cum illa dicãtur cõtinua ẽm Ares. quorũ vltima sunt vnũ/manet assidue cõtinuatio moralis. quantũcunq̃ fiat discõtinuatio in ipso actu naturali/dũ non interrũpitur per oppositã intentõnem prĩmez principali intentõi/ licet ipsa nec actu aliter in animo peregrinantis remaneat. Concludim⁹ ex his verissimũ sentẽtie dominiz saluatoris intellectũ. Oportet semper orare z nõ deficere. Hunq̃ enĩ deficit oratio que cepta est fieri p actualem attentionẽ quin cõtinuet ineſſe moris siue gratie dum nõ interponit sicut nec interponi debet/discõtinuitas oppositeintentõnis vel culpe moralis. Sic intelligitur preterea illud apostoli. Omnia in gloriã dei facite. Actu videlicet aut habitu. Sic rursus illud magistrale. Qui bene viuit semp orat Hoc est qui nõ apponit in oratione sua peccatũ mortale. illa semp est cõtinua/vel actu vel habitu vel virtute.

Iloq̃mur proinde de opibus priuilegiatis/itelligere facile est ex doctorũ traditõibꝫ q̃nũ vel quẽadmodũ illa de se valeãt ad satiffactõez Credendũ est plane q̃ eucharistie sacrm cõtinet in se plenitudinẽ oĩs grẽ z meriti spũalis/nihilominus q̃ ad satiffactõez p reatibꝫ culpaz/ cõstituit hoc sacramẽtũ deus in nũero pondere et mensura. ita vt sit valoris finiti. finitum vero in plures ptes diuisum resultat min⁹ pro multis q̃ si cõferet in vnum exemplũ iam datũ est.

Sic de indulgentijs put sunt satiffactorie. Sic de alijs iudicandū censemus semp̄ p̄suppositis circunstātiarum aliarū paritate. Sic in sacramento penitentie/ dat̄ gratia. et diminuit̄. vel omnis tollitur pena/ virtute sacerdotalis absolutionis/ si nō affuerit obex vel fictio. Insup̄ tradit sanct⁹ thomas q̄ est efficax. ita sacramentū penitētie in ficte accedēte/ q̄ precedente fictōe q̄bsolutio sacramentalis sortit̄ effectū suū. ita vt nō oporteat iterū peccata confessa iterare vel repetere. ꝓportionabiliter ad dicta doctorū de illo q̄ baptisatur dū manet in actuali volūtate peccandi. qua cessante/ recipit baptism⁹ effectum. Dec opinio z si nō teneā cōmunit̄ a doctorib⁹ z eget resolutiōe maiori/ fauet nihilomin⁹ plurimū fragilitati nostre et diuine pietati/ eo q̄ vix̄ sine fictōnis alicuius admixtōne/ confitemur.

A Quisquis tu randē es/ ordinatus ad orandū/ nedū pro te sed etiā pro ceteris/ poteris in ipsa meditatōe tua discutere que dicta sunt/ vt ab obligatōne tua. te apud deū z homines dissoluas. Nihilomin⁹ si quid in me consilij est/ noli nimiū scrupulosus esse circa tue oratōnis numerū pondus vel mensurā. Committe totū istud deo: qui tribus digitis potētie sapientie z clemētie appendit molē terre. q̄ numerat multitudinē stellarū z oīm⁹ eis nomina vocat. qui numerū scit arene maris

Dic ipsi tota spei fiducia Debitor sum pat̄ noster supra q̄ possit exiguitas mea soluere. Debitor quia me creasti Debitor q̄ immemor tui. vicijs me sordidās ꝓtra tua precepta z tamē mihi parcens peccantem nō damnasti Debitor item proximis quia de labore manuū suaz de sudore vultus sui comedo panē in abūdantiā Debitor carni meē sanguini Debitor oratiōb⁹ p̄ me. Debitor lapsū p̄ me. Et ita de reliq̄s absq̄ numero. Dic igit̄ pressus exactoribus quid agam. quo me vertā. domie vim patior rūde pro me. Sz q̄d respondebis mihi/ recte prorsus si diuidas vnicuiq̄ illud quātulūcunq̄ suffragiorū. q̄ offerre paupcula mea p̄t. que quāta sit sol⁹ vides Nolo calculū ponere cū singulis primis z benefactoribus meis Tu pro parte tua recipias missam iltā/ tu oratiōem tu bonus opus alterū. Tu sapientissime meritorū: z suffragiorū ponderator deus/ distribue singulis prout vnicuiq̄ opus est ad vtilitatē suam z liberatōem meā. Exemplū in ciuilib⁹ applico mihi. Debitor itaq̄ non habēs vnde soluat creditoribus suis. solet vel cogit̄ cedere oīmbus bonis suis/ tam habitis q̄ habituris/ retenta necessitate vict⁹ sui/ prout ordinauerit iudex siue aduocatus suus. Ita de spūalibus cedo coram te dñe et pie deus Sed ad alios redeo. Legim⁹ in vitas patrū q̄ matrona q̄dam romana nomie Melania/ visitans heremitas in egipto/ obtulit vni trecētos solidos distribuendos in elemosinas fratrū. Sed ille nec oculos quidē extulit ad eam. sed sacculū iussit nutu suo reponi iuxta se. Quod mulier attēdens/ indigne se rebat. q̄ illaudata remanerz ait. Pat̄ aspice. naz trecenti sunt solidi. Recte inq̄t ille hec insinuares o mulier/ si id vel mihi vel hominib⁹ tribueres Cum vero tu deo tradis hāc oblationē. superfluū est q̄rere nūe rationē. quoniā ipsi q̄ numerat multitudinē stellaz z ei⁹ sapientie nō est numer⁹.

Hominib⁹ spūalib⁹ vt talia intelligāt possunt facilius inculcari/ sed aīali/ bus qui nō sapiūt ea que sunt dei/ nisi p compatōem ad sua carnalia/ maior hic labor est. Ponam⁹ tamē pro vtriq̄ pro carnalibus z spūalib⁹. pauculas ꝓsideratōes

Et dicam⁹ pro prīa. Q̄ glorie celestis premiū eēntiale sicut excedit in valore liberatōez q̄ntālibet tpalis pene. sic meritū talis premij/ liberationē quantālibet excedit hmōi pene Hoc dicit̄ aduersus carnales qui nihil videtur in suis donatōnibus seu petitionib⁹ aliud magis attendere/ q̄ modū recompēsatōnis satisfactorie. Alioquin non ita vellent (vt sic dicamus) ipsi mercari. de numero scilz missarum a quocūq̄ dicātur. de numero psalmorū et similiū. Quoniā potest aliunde fieri/ vt p̄ modum meritorie actōis vel eri am liberalis impetratōnis per homines viuentes in fide spe et caritate. amplius z longe dignior potest remuneratio cōqniri/ nedum pro glorie celestis adeptione/ sed etiā pro penarū quibus obnoxij sunt liberatione. Etenim quis nesciat sanctos et sanctas quorum statui repugnat actio satisfactoria/ plus sepe nobis peccatoribus impetrare deuenia. plus de indulgētia a pena et a culpa/ quam faciat nostra viatorum quantalibet afflictio. Hoc in

parabola vinee notanit xps qui venientes vltimo cū fine spe mercedis illō agebant/ remunerauit vt primos diurno ꝓductos denario.

Addamus p altera cōsideratiōe q̄ periculosum est/ z stultū/ z de symoniaca prauitate vehemēter suspectū. tam in dantibus q̄ in recipientibus/ coartare/ limitare suas oratōes aut suffragia/ ad aliaz vel ad illam dūtaxat psonam/ dum dat aliqō emolimentū tempale. aut sic dicēdo vl' intendēdo/ q̄ huius misse suffragiū vel hec oratio vel aliud/ valeat solū tali. Istud plane licitū nō est neq; potest fieri neq; debet quoniā vere enūciauit q̄ dixit. Particeps ego sum omniū timentiū te z custodientium mandata tua. Insup adijcim⁹ consideratiōi nostre. q̄ periculosum z stultū est homi semet ad suffragia alijs ferēda obligari/ recipe tempalia pro se/ vltra sustentatōem honestā sui status prout sapiens iudicabit. Itaq; sicut opus satisfactoriū nō valet tantū p multis sicut p vno vel pauc̄ sic nō potest talis eque satisfacere. p deletōne reatus plurimoz̄/ quēadmodū deleret reatū proprīū vel paucorū. Hinc est q̄ nō absoluit dicendo missam vnā dum se ad plures z pro pluribus obligauit. Nisi forte talis intercesserit obligatio/ que discretōi z bone fidei dicētis cōmissas sit/ iuxta necessitatis aut pie vtilitatis qualitatē. Attēdēdo q̄ obligat⁹ ad duas missas modo predicto/ pt per alia suffragia facere cōpetēnem pro se z suis. ita tamē q̄ bona fides semp assit. Et est bona fides ām Tullium vnū agere z nō fingere aliud. Vel forte illō melius dicere. bona fide. aliquē q̄d agere/ dum facit illud qō sibi rectevellet fieri. aut qō alius pro quo fit/ deberet recte sibi fieri velle. Si cōmendantis sic legantis interio seruāda est. fiat tamen etiā hoc vtiliter supioris prudētioris q̄ psilio vel assensu.

Addē q̄ oratōes p ecclesiā aut supiores imposite. sicut sunt hore canonice. sicut est penitētia imposita. sicut sunt suffragia pro q̄bus dant indulgentie/ pl⁹ (ceteris paribus) proficiūt q̄ peculiares institutōes. Debēt autē indulgētie dari discrete pro pia vtilitate ad ecclesie edificatōnem. ac recipi cū vera penitentia. preuia pura cōfessione sicut placet aliq̄bus. aut saltē habita in ꝓposito. alioquin credens aliter dare vel recipe decipit. Deniq; nihil post caritatē ita pficere videt in oratōne quantū oratis humilitas que nō in iustificatōnibus suis psternit se añ deū. q̄ suis intēdere iustificatiōi sue nō omittat. non tamē in ea sed in liberalitate dei reponat spem suā. Hec autē hūilitas haberi putat ab aliq̄bus tota facilitate. qz sic verbo/ vel oratiōe profitētur esse faciendū sub potēti manu dei. sed eā in affectu trahere summe difficultatis z soli⁹ diuini muneris experiunt. qui supbā z stultā hūani cordis presumptōez̄ satagūt euicere. O quotiēs pressa. quotiēs obruta pede sancte deuo/ tōis/ resurgit ocius pestis hec supbie. Hec q̄ tamē efficaci⁹ ad normā humilitatis legitimā venit/ q̄ si accedit hō ad coz altū et exaltet deus in cōsideratōe iudicioz̄ suorū recogitādo q̄ terribilis est in cōsilijs super filios hominū. qui cui⁹ vult miseret z quē vult indurat. apud quē nemo scit an odio vel amore dign⁹ sit. Attēde tu q̄ super bis. q̄m ex tua conditōne totaliter infect⁹ es fili⁹ ire z massa peccati. Vtrū vero te tuus creator z iudex relinquat vas in ꝓtumeliā qō pt ex iusticia. vel an efficiat vas in honorem pro sola mia/ tu prorsus ignoras. Ne aūt tibi si te non purificauerit vsq; in finē. si p iusticiā semota mia teipm diiudicet. etiā si quid gratie habes vel virtutis qō pfecto nō a te sed ab ipso suscepisti. Noli igit̄ gloriari noli sup alios extolli. q̄si tu hec nō acceperis. q̄si preterea nō inde graviori supplicio digne flagelland⁹ sis. si ingrat⁹. si alioz̄ contēptor extiteris.

Ed redeam⁹ ad oratōez̄. Refert seneca regē antigonū rīdisse cuidā infime fortune hoīm dum peteret ab eo obulū. Non decet inq̄t regem dare mun⁹ tam exiguū. Petiuit ciuitatē. rīdit ipm nō esse tanto munere ditandū cū tñ posset vt rex dare ciuitatē. z ille vt paup obulū recipe. Tendit hec narratio. vt in oīmi peritōne sim⁹ memores indignitatis nostre audeamus tamē petere mgna nō p recipientis sz̄ p donātis dei summa liberalitate. Huic innitat oportz̄/ tota fides fixa spe cardo desideriorum petitionūq; nrāz̄. qz verbum dei est. misereboz cui misereboz. Propter qō formaz nobis orandi dedit. Dimitte nobis debita nostra sicut z nos dimittim⁹ debentib⁹ nostris. sicut dimitti nobis volum⁹ z optam⁹. Volum⁹ aūt

si recte volumus ita nobis debita dimitti primo vt nō damnemur. deinde vt puniōnē euadam⁹. aut q illā tpatam patientiaq conditā habeam⁹ ad correctōem. nō ad deteriorationem nostrā. Velis ita de qlibet proximo tuo. alioqn time qō dicitur. Et oratio eius fiat in peccatum. Et illud Serue neq nōne oportuit et te misereri cōserui tui. Facile enī dimittit oīa qui se mortis eterne debitorē essevel scit aut formidat ¶ Ceterū plus in alienis q̄ tuis orationib⁹ fiduciā habe. caritatē habe. z dices ex sententia. Particeps ego sum oīm timentiū te z custodientiū mādata tua sive in celis siue in terra sunt. Cōstituas añ faciē consideratōis tue dū licet dū tps est miserendi. dū nō declinauit de⁹ in ira a te seruo suo. quoniā totus desiderabilis. totus amabilis est. nullo ad premiū. nullo ad supplicū habito respectu. qui carnalē qui ad se reflexū sapit amorē. dicito cum Job. Etiam si me occiderit/ tamē in ipso sperabo. Sic erit orō pura sic digna diuino conspectui. sic diliges deū z teipm propter deum.

Hec interim habui que de oratōis valorē sub aspectu multiplici dissererē quā expedieti⁹ est corde puro simpliciq frequētare iugiter/ absq vlla (vt expressuz est) intermissiōe/ q̄q curiosa scrupulositate velle digitis (vt dicit) appendere eā quā uis z hec doctrinalis inq̄sitio/ nō sit oīno fructu carēs. Inuenit in ea p̄cipue. ne in tantis obligatiōib⁹ orationū pro alienis se quis inuoluat. vt inde tpale subsidium subsequat. neq tanq̄ p precio qō est sacrilegiū symonie. neq tanq̄ p sustentatōne sua plus debito qō ad auariciā pertinet. z turpē questū quis notaret ¶ Sit pietas aliene miserie. sit ipsa caritas. sit deuotio. sit amicicie grata vicissitudo. sit zelus aiarum. sit eterne vite retributio. sit allocutōnis diuine dulcedo. dignitasq/ precipuum sit motiuū oratōis tue

E Certia pars.

Oēscendam⁹ conseq̄nter ad pticla res casus aliquos. qm̄ sermones vniuersales in moralib⁹ (dicente Aristo. z teste experientia) minus p̄sunt aut eruditū. quēadmodū videre est in p̄ceptis medicine. Neq tamen oportet tentare de singulis particularib⁹ qm̄ infinita sunt. z ideo nec disserere necesse Sz in primis sicut directio cordis tendit z terminat in deum. sic z ab eodē habet orātū Audi Jeremiā. Scio dñe quia nō est hois via eius/ nec viri est vt ambulet z dirigat gressus suos. Hinc vnus sanctoz. Pete (inq̄t a deo filiū suū instruens) vt vias tuas dirigat. Nec igit petitio qm̄ similr dirigi bz a deo orabat p̄pha. Dirigat dñe oratio mea sic incēsum in cōspectu tuo. Quā directiōis necessitatē attendēs p̄pheta tribuit illam deo dicens. Cōfitebor tibi dñe in directōne cordis ¶ Est igit scitu dignū/ que sit illa oratōis sicut incēsum/ directio. Et videtur q̄ sit intētio cordis in deū vel erga deum. que intētio dum manet z recta z imp turbata sicut virgula fumi incēsi sursum tendētis/ tūc est oratio recta. dum vero p irruentiū fantasiarū z cogitationū vent⁹/ per obscura z depressa desideriorū sensuum nubila/ agitat rumpit dissipatur/ vt cadat a rectitudine necesse est. Nihilominus interruptio talis nō semp est viciosa vel cursus penitus in deū oratōnis impeditiua. Unde potest sub distinctōe fieri sermo de intentōne que req̄ritur z sufficit in oratōne. Vel sub alio forte nomie cōmuniori de attentōne vocalis videlicet orationis. vt in prolatōne hymnorū cantico rū z horarū canonicarū. Hec enī questio diuturnū cedit in vsum.

Est itaq multiplex attētio siue intētionis cordialis directio. vna actualis. alia habitualis. alia quasi media scilicet virtualis. ¶ Rursus harū quelibz diuidit. quoniā alia fert in solas voces z verba. Alia in verborū significatōnes. Alia nec verborū formas nec significatōnes attendit. sz in affect⁹ aliquos circa celestia et diuina trāsit. z hoc siue in bonos vel i viciosos z malos ¶ Dicit iuxta hoc p̄rio. q̄ attentio actualis ad verborū significatōnes/ non requirit ad oratōis directiōem. Perspicuū fit hoc in laicis dicentibus vl audiētibus ea quorū significatōes penitus ignorāt. vt sunt septē psalmi z missa ¶ Dicit conseq̄nter q̄ actualis attentio circa voces oratōis z verba. nō semp req̄rit ad orōnis directōnem debitā/ aut ad sufficientē cōtinuatōez. alioqn nulla esset in via aut vix esset oratō nō discōtinuata. Exemplū legimus de quodā. q̄ volēs rusticū p̄uincere de cordis ītabilitate dū fit

oratio. nã ille deuotũ se simulabat ⁊ attentum pollicit⁹ est se daturũ sibi asinũ si poſſet oratiõem dñicam nihil aliud actualit cogitãs pficere. Qui mox vt ad orõem diuertit/ secur⁹ de asini lucro/ cepit distrahi in hanc cogitatõnem si sellã habitur⁹ erat cum asino. Qui tandẽ ad se rediẽs ⁊ se redarguens/ instabilitatẽ sui cordis confessus est. Exemplũ aliud est de pegrinatõis cõtinuatõne. que nõ reqrit assiduã passum suorũ dinumeratõnem neqꝫ terminũ quo pueniendũ est actualẽ recogitatõem Addit qꝫ stat oratõem sicut ⁊ pegrinatõez discõtinuari quo ad eẽ naturale que cõtinua tamẽ erit in suo morali eẽ. sicut ⁊ ecõtra. prout statim deducẽt.

QE habituali attentõe amplꝰ loquamur qꝫ illa videlz nõ semp sufficit ad cõtinuatõem oratõis cõseruandã. Stat enĩ aliquẽ esse/ q̃ iam mlto tempe ꝓposuit actualr/ ⁊ habitualr retinet in animo. dicere septẽ psalmos integralit ⁊ attẽte. qui vel nõ dicet illos vel interruptissime dicz: tali interruptõe que ꝺriat morali oratõis vnitati ¶ Habet itaqꝫ quelibet actio moralis/ suã ⁊ continuatõz moralẽ. quare circunstantie ad bonitatẽ moꝛ reqsite sunt apposite ⁊ retẽte in hmõi actiõe. Dũ autẽ apponit circũstantia mala. moriby cõtraria. quãuis maneat eadẽ actio in esse suo naturali sicut est idẽ mot⁹ in pegrinando variat tamẽ in esse morali. vt siqs motuz pegrinatõis cõtinuet ꝓpter auariciã et rapinã aut libidinis expletõem Si vero in orõis voce/ apponit circũstantiã attentioni debite cõtrariã ⁊ incõpossibilẽ scienter cum ꝓposito ⁊ assensu deliberato. tunc est discõtinuatio moralis. secus si nesciẽter ⁊ inaduertẽter hoc fuerit factũ iudicabitur

¶ Retetea dicim⁹/ qꝫ virtualis attẽtio seu cordis directio nõ interrupta deliberate p actualẽ attentõem sibi moralit contrariã/ sufficit vt oratio dicat cõtinua in esse morali vel moraliter. ⁊ si nõ semper naturaliter vel in esse naturali. Est autem virtualis attentio quã genuit actualis. q̃ transeũte/ remanet eius virt⁹ in corde orãtis. que sez virtus. orõem sufficit cõtinuare etiãvbi coꝛ euagat actualiter ⁊ inaduertenter circa cetera multa. Experimur hec nedum quotidie sed in omni fere hoꝛa vel momento. Exemplũ naturale est in iactu sagitte que mouet post quietẽ sagittantis et nauis cessantiby nautis. Immo sic habet oñis ars perfecte habituata/ qꝫ freqñter in actione sua nequaqꝫ deliberat. Docent hoc citharistę scriptoꝛes. et mechanici alij fere omnes.

¶ Licimus consequẽter doctrinã vtilem exꝑmissis. Quisquis oꝛat vocaliter oratõez quã tenet exoluere (quia de volũtarijs non oportet repetitionẽ fieri) si ꝓcipit oꝛans qꝫ euagat/ nec attendit ad verba vel ad sententiã/ si facit hoc ex inaduertentia ⁊ displicet sibi dum aduertit. ne quaqꝫ dicẽd⁹ est interrũpere oratiõnẽ nec ad iteratiõnẽ obligat. immo staret reiteratiõnẽ talem frequẽter fieri nedũ supuacuam sed ⁊ nociuã. ꝓcipue si in conuẽtibus laboꝛat. vbi societatẽ quiby esset offendiculosum iuuare tenet. ¶ Neqꝫ debet faciles sup huiusmõi inaduertẽtia ⁊ obliuio neꝛupulos sibi' foꝛmare. alioqn nunqꝫ potest coꝛ suũ quietare. quia nititur ad ipossibile sibi ꝓ naturã vel ꝓpletionẽ. vel consuetudinẽ vel fantasie turbationẽ. que nũ qꝫ potest (sicut tradũt medici) quiescere. sicut nec aer vel mare dum agitãtur assidui tatevenꝛũ requiescũt Addunt aliqui rationẽ dicentes. Simile est in natura. que sicut nouas semper deꝓperat edere foꝛmas naturales in materia. sic eadez a celestibus influentijs ⁊ intelligẽtias/ nouas iugiter foꝛmas intentõnales agitat ac renouat in oꝛganis sensuum interioꝛũ. que sunt sensus cõmunis ⁊ fantasia ⁊ estimatiua. que in speculi similitudinẽ recipiũt irradiatõnes coꝛpoꝛũ supioꝛum. et (vt voluntaliqui) intelligẽtiarũ. Attamen quãtum et quouscꝫ dictũ hoc veritatem habeat. maioꝛẽ requirit inuestigationẽ. Quacunqꝫ autẽ ex causa prouenĩat. nos experimento cõtinuo cernimus ⁊ sentim⁹. hanc euagatõnis necessitatẽ. quã si toleramus inuiti/ nec sentiẽdo consentim⁹. securi sumus a peccato mortali. venialia vero omnia quis euaserit?

¶ Jautem deliberato cõsensu rumpimus attentõnem actualem in oratione. scilicet eam suspendendo/ quouscꝫ cessauerit actualis euagatio vel attentio circa alia quod fieri sepe prodest et salubꝛiter consulitur. preserti dum homo oꝛat solus. vel cum illo qui eius moꝛam seu discontinuatõem tolerare paratus est. Exemplum. dum sentit aliquis

in orando. vehementē tractū cogitatōis bonez honeste sicut predicatōis faciende aut dum exteri⁹ inquirit ab altero aliquo sup responsiōe sibi facienda/siue dum rei domestice vel officijs proprijs imminēs vr getvel trahit cōmoditas vt eidē protinus intendat. Potest orās in his z similib⁹ casibus vel causis. orōem verbalē intermittere. aliqñ diutius. aliqñ breuius. z redire postmodū ad cōtinuatiōez. absq; vlla precedentiū iteratōe verbo⁹. quia stāte interruptione actus naturalis. mozalis continuatio certa manet. neq; fructū oratōnis prozsus aufervel meritū. Pozro si ds oratōem agere debeat in cōi sicut in ecclesia fit. nō suppetit talis interruptōis actu alis libertas. quoniā nō ita redire pōt ad passum quē deseruit resumēdū. Sufficit tamē in casibus multis bona quedā z pia causa. que nō iterāda esse que fuerūt omissa satis excusat. Ut si vnū aut duos vl'tres versus alicui⁹ psalmi dimiserit. si resumere volueritvndecūq; turbabit in alijs cōtinuādis. Et ideo est cōsultius. cū quadā cordis penitētia vlteri⁹ progredi. Hoc specialiter obseruandū videret apud religiosos q; superiores eorū. talem eis indulgentiā concederēt. immo suaderēt. ne iteratōem facerēt talem. que cōem oratiōem magis turbaret q; sua resumptio solicita: z anxia pficeret. qua data indulgētia. nulla fit trāsgressio. Addito q; nō oportet in foro penitētiali dare formalē illius qđ omissum est repetitōem. vt primā pro prima. tertiā pro tertia tc. sed sufficit q; aliqd eqlens iniungat. Addito preterea q; nō leuiter debet orās formare sibi scrupulos sup obliuione illorū que ptulit aut pferre debuit. qñ memoria z reminiscētia nō cadūt nisi sup illa que p reflexionē super actus nostros vel cogitatōes considerauim⁹ q̄les reflexiōes nō fiūt ꝯtinue. nec vt fiāt necesse ē. Sufficit igit ad q̄etatiōez sibi vnicuiq; faciēdā/pbabilis ꝓiectura.

Oratione deniq; si quis illā dumtaxat que sub ꝓcepto cadit. scienter interrūpit. per actualē attentōem ad alia. et euagatōem oratōnis attentōni contrariam sciēter z cum ꝓposito. Sic q; aduertens huiusmōi distractōem z eam nō curat repellere. sed vult progredi in oratōne. talis vel peccat. vel resumere debet illud qđ in tali voluntaria distractōne prolatū est

Nihilominus attēdendum videtur in casibus nōnullis. q; nō oportet orantem semp conari tota solicitudine ꝯtinere cozsuum infra verba z sensum vocalis oratōnis. quin tolerari possit euagatio quedā: seu pori⁹ cordis laxatio. sine forti conatu repressionis cogitatōnū. nūc hac nunc illac fluctuantiū. Et hoc vel propter lassitudinem nature. z cerebri quādam turbatōnem. vel propter cursum velocem oratōnis. vel quia de sensu verborū illorū forte difficilium. apō pitissimos theologos nihil intelligitur vel minus q̄ continent

Sunt qui pambulando fiūt min⁹ gratiavel desides in oratōne regulari⁹ tamē obtineri z cōtineri potest stabilitas cordis in oratōis attentōne. stando vel sedendo. vel aliter honeste quiescendo. q̄ corpus agitando.

Vpereſt vide/

re de attentione que fit in affectu ad deum vel ad spūalia aliqua. qualia nō significant verba oratōis que proferūtur

Ingerit quippe scrupulū apud nōnullos dictū Bernar. sup cantica. vbi phibere videtur. attētionem quālibet ad alia q̄ ad oratōnis significata z verba. etiā si salutaria videant. sicut exemplū dat de recogitatōne sermonū suorū. Et addit q; monach⁹. debitor est omniū verbo⁹ orōis q̄ dicunt vel cantātur siue a sua siue ab altera parte Vident hoc alij dicere sub alijs verbis volentes q; actualis attentio. coartetur infra terminos z limites oratiōis. q̄ dicitur. vt si dicat Beatus vir qui nō abijt in consilio impiorū. hoc z nō aliud cogitetur Et quāuis multa sint in psalmis que nullā vident habere ꝓnexionē aut appriatiōem ad oratōis materiā nihilominus ostēdit Hugo de sanc. Victo. in tractatulo suo de orōe. cōpendiosissime z sententiosissime composito modos/q̄bus oia trahant ad orōis formā z modū. sz nō omniū est doctrinā hanc pmpte in practicā deducere Vez h⁹ inq̄sitōis determiatō difficultatē habet plima propt diuersos orantiū mozes. Et ne quilibet vsurpare sibi vellet. p regula generali. illud qđ varios habet exit⁹. duz alij faciūt z facere possunt meritorie. id qđ apud alios in demeritū caderet siue in detrimentū.

Vlde prio dici⁹ q; cor assuetū z affectū

per cõtemplatiõz ꝑt in alia sursuz rapi sta
re vel versari/ q̃s onãt oriõis sensus vel ꝟba
Cum enĩ finis z virtus oriõis sit in eleua/
tione mentis in deũ p piũm z humilẽ affe
ctum:/quisq̃s in hoc stat vel versat/fructũ
adipiscit oriõnis. ita tamen. vt dũ vocalis
oratio data sub preceptõe/ illa nõ omitta
tur. aut nõ contenat ab alio plata audiri.
Si vero nõ imminet tale preceptũ vocis
exteriozis salubrius aliq̃n dimittit verba/
lis oriõ q̃ proferat Aliq̃n inquã. q̃n potest
humilitas loquẽtes z verboz sacramentũ
supplere minoratõem in oratis affectu z
ne nimis assuescat aliqs oriõnem refugere
vel horroze vocalẽ. vel in laboze tali satis/
factõem penalẽ exoluat seu penitentialẽ.
¶ Videm9 ꝓterea/ quẽ admoduz plimos
quos euagatio cogitatõnũ passim occur/
rentium sine lege et ordine. nõ impedit ex
toto/quin faciliter z cito cũ dant operã se
recolligendi/redeant ad recogitandũ illa/
que vox oratõnis exprimit/ ita q̃ cito coz
sic diuertẽs a se. cito rursus ad se reuertit.
Sic longe facilius z diuini9/mẽs assueta
contẽplationi/ꝑt ꝑ diuersa pspiciendo q̃
quauersuz se circũferre. nũc in celo sursuz
nunc in terra deorsum. velut in luce clara
positũ coz ipsi9. Sic nihilomin9 reuersio
cum omni facilitate in ea ipsa que pnũcia/
ta sunt aut que dicunt attendẽda.

Unt alia duo. vnũ bonũ. malũ alte/
rũ. que coz impediũt ne dirigat actu
alis attentio vel intentio sua. sup oratõis
sensum vel verba Unũ est meditatio z hec
quidẽ in se est bona q̃n circa bona versat.
alioq̃n nõ esset meditatõ sed mendax z cu
riosa pscrutatio. Aliud est fortis habitua
tio/ que versat circa res aliquas terrenas
inutiles vel nociuas cogitando. vt philo
captus cogitat de amica auarus de lucro
vel damno. iracund9 de vindicta. et ita de

Et secũdis istis/nõ opoz (reliquis
tet dubitare quin impedimentũ plu
rimũ afferat ad oriõnis attentõnem/ talis
habituatio. ita vt q̃n̄ nedum vnius psal
mi versus/sed totus psalmus/imo vnius
horze spaciũ que decãtat velut in obliuio/
ne deponit. que tñ obliuio vel euagatio si
nõ placeat. dũ animaduertit. sed vinci q̃/
ritur in reliquis/ nõ obligat obauditz ad
reiteratiõez faciendã de necessitate. quam
uis absq̃ peccato non fuerit. Non enĩ ca/
dit preceptũ ecclesie super oratõne vocali
q̃ fiat cũ actuali attentõne/ neq̃ de ea iu/
dicat sicut nec obligat eã fieri ex caritate.
Oportet etiã q̃ deliberato z perfecto con/
sensu non interrũpatur moraliter vocalis
oratio que data est sub precepto.

Oꝛro de meditatõne que est fortis z
vehemens cordis attẽtõ ad aliquid
inueniendũ. difficilius est diffinitiue loq̃
z vniuersalit. An videlicet meditatio cele
stiũ bonoz siue donoruũ. sit voluntarie ad
mittenda/ dũ vocaliter orandũ est. Ut ex/
empli gratia. dicat aliq̃s. Dñe ne in furo/
re tuo arguas me / neq̃ in ira tua corripi/
as me. Miserere mei dñe q̃m infirm9 sum
Et occurret sibi in mẽtem/ triplex iudici/
um dei. vnũ in inferno. aliud in purgato
rio. aliud in hoc mundo. Et habet ipsuz
meditatio/fortiter et voluntarie et studio
se quatin9 possit ꝑm hec tria. duci in affe/
ctum cordis. horrendo iudiciũ inferni. ti
mendo iudicium purgatorij. querẽdo iu
diciũ in hoc mundo ꝑm misericordiã dei
dicens Fac mecũ ꝑm misericordiã tuã do
mine z ꝑm iudiciũ diligentiũ nomẽ tuuz.
Querim9 si talis immoratio fieri possit/
aut aliquãdo debeat voluntarie/tempoze
oriõnis debite. Nam si fiat inaduertẽter et
absq̃ consensu deliberato/constat q̃ non
obligat ad reiteratõnem z min9 q̃s vicios̃a
habituatio. ¶ Et ideo apparet mihi et vi
detur tutius esse/attentis attendendis/q̃
huiusmodi meditatio voluntaria non de
beat admitti tempe oratõis debite. sed vel
deseri. vel in aliud tempus reseruari.

¶ Quocirca visum est aliquibus q̃ mul
tiplicatio/tanta orationũ vocalium/qua
lis obseruatur in multis religionib9. mi/
rabiliter impedit a perfectõnis inquisitõ
ne que perducit ad cõtemplatõnem de cõ
muni lege necessariã. quoniam sicut cogi
tatio vertitur in meditatõem per fortem z
vehemẽtem cordis applicatõnem ad ali/
quid vnum. sic fit meditatio tandem con
templatio per habituatõnem radicatam
et multiplicatam. Sed qui potest capere
capiat. Sunt itaq̃ rarissimi valde inter
homines tam religiosos q̃ seculares/ pre
cipue in adolescentia z iuuentute/ idonei
ad contemplatõnis adeptõnem. Propte
rea sancti patres/ videntes imperfectũ no
strũ z attendẽtes q̃ difficile est ocio bñ vti
volueñt occupatõz bonã dare horibus suis.
fecerũt hoc in orationibus z canticis multz

Amplius vero quidã obligant assiste/re tantũmodo faciẽtibus oratõnes voca/les/quemadmodũ sunt layci/vel etiaz ali qui religiosi nõ obligati pro tũc cõuentũ sequi/vel dispensatõnevel ex pia et cauta relaxatõne/vt ad potiora se subleuẽt. Illi tales/oratõis tempe possunt in meditatõ nibus meli⁹quo poterũt se exercere. Tal' erat Augustin⁹.qui delectabat modo mi/rabili in cantibus ecclesie bene sonãtib⁹. z influebant voces ille in aures suas.z eli quendo illabebat veritas in cor eius.nisi forte ipse tũc erat magis dicẽdus in con/templatõne q̃ sola meditatõne subleuat⁹ Amplius si quis fuerit exercitat⁹in ali quo pticulari modo contẽplatõnis circa diuinũ aliquod vl' morale.tutius est q⁹ in illo semet exerceat.oratõnis vocalis tem/pore/q̃ ad nouã contẽplatõis speciẽ.per meditatõnis noue studium se conuertat. Differat hanc/ingerere se volentẽ cordis meditatõem/in tẽpus aliud suspirãs z ge mens q⁹ eã tunc admittere sibi nõ conce/ditur.z dicat sibimetipsi: paup homũcio Melior est obedientia q̃ meditatio. po/tens est deus reddere vicem maiorẽ in id/ipm.z si nõ hic forte reddet. certissime ta/men in alio seculo vbi fiet vox laudis sine pturbatõe qualibet nostri cordis/ ipse re/tribuet. Deinde cognoscant z obseruẽt omẽs tam clerici q̃ laici/quos oportz di ebus dominicis z festiuis interesse diuio seruitio.q⁹ non absoluũtur ab hoc debito dũ scienter fabulatõnib⁹ intendũt.sed ml' tipliciori reatu se cõstringũt quia nedum nõ ꝓseruant preceptũ sed z alios impedi/unt.z in ecclesia sanctissimo dei taberna/culo/scandalũ in honoratõemq̃ faciunt. Stent igit vel sedeant.etsi non vocaliter orando/ saltem in modesta quiete z silen/tio animaduertant/ considerãtes nedum ea que dicũtur vel canũtur/sed que misti/ce gagunt in ritib⁹ z vestib⁹ sacris.q̃ prete rea in picturis pñtant.z ita de reliquis

Q Enicq̃ attendat pro pmissis et alijs similib⁹ dubijs resolutiue diffinien/dis/q⁹ doctores sancti peiores/ vtentes re thoricis psuasionibus in aggrauatõez vi ciorũ z laudẽ virtutũ.non ita tradiderunt resolutõez moraliũ materiarũ/ immo nec speculabiliũ/ sicut doctores recentiores/ qui p questiones z argumenta processert aduersaq̃ pte m z p decisiones Propterea magis insistendũ est illis doctrinis quã/tum ad eruditõem intellect⁹.licet quantũ ad inflãmatiõez affectus/efficatiores alie iudicent Addita hac sapiẽtis admoni tione.q̃ tibi precepit deus illa cogita sem/per. Quod nõ obseruant multi theologo rũ nostri temporis.qui de moralib⁹ quasi de rudibus materijs/ studere vel ingrere nõ dignant. Scient⁹ inquit talia cũ vo/lumus. Cum tamen nulla sit ad cogno/scendũ bene et resolute scientia difficilior propter circũstantiarũ innumeras varie/tates. Nec est aliquis tam excellẽtis inge nij.nec a puero in hac sciẽtia tam exercita tus/qui nõ inueniat quod nouiter quoti die inueniat q̃ prius nõ ita plane ꝓgno scebat Sz z necessaria est cognitorum dei preceptor⁹ impletio. alioquin defici/unt scrutates scrutinio.iusto dei iudicio. hoc pmittẽte Similr q⁹ passionib⁹ sit ali enus qui de moribus iudicat. Amen

De decem conside

ratiõibus Eiusdẽ cancellarij In orando deum ꝑm decẽ dictõnes versus.

Oro patrẽ.sanctos q̃.miser. q⁹ mittor z vrgent. Officiũ dana.debita vis pietas

Oro ex affectu	Pio fide humili in spe reuerẽti caritate
Patrẽ qui tot⁹ est	Potens sapiens clemens Sapientia Justicia
Qui fact⁹ ẽ nobis	sanctificatio. redemptio. via veritas vita.
Sctõs in q̃b est	Proximitas officiositas. caritas Supra
Miser ex oi pte	intra sub z iuxta Ab ecclesia
Mittor	A sanctis a petentibus viuis. a merẽtib⁹ mortuis.
Vrgẽt sub ꝓdictõ ne triplici si volo	Non criminari Non damnari Sed saluari

Officium q̄si	Regale
	Sacerdotale
	Spirituale
Genus electū regale	sacerdotiū gēs sctā
Dona	Nature
	Fortune
	Gratie
	Positiue
Debita nocendo	Priuatiue
	Occasionaliter
	Mundo
Vis a triplici hoste.	Carne
	Demonio
	Deum
Pietas ad	Seipsum
	Proximum

Que pietas est amor ex genere cōsurgens.

Explicit.

¶ Sequitur expositō

eiusdē Cancellarij pisien. sup dimitte nob debita nostra ⁊c.

Pater noster ⁊c. Dimitte nob debita nr̄a sicut et nos dimittim⁹ debitoribꝫ nr̄is. ¶ Ego in p̄mis sic dimitto oībus debitoribꝫ meis vel alienis duz sunt viatores/q̄ nullo mō vellē eos dānari. imo salutē eoꝝ desidero te donāte et inspirāte hoc qō piū rectūq̄ est. Sic dimitte mihi pater nr̄. et hoc satis erit mihi. etiaz si nihil aliud p̄stiterz. qm̄ cū ista dimissione tua ⁊ desiderio salutis mee/nō staret q̄ dānarer sed saluarer. In hoc aūt stat desiderioꝝ meoꝝ cardo totus. ¶ Rursus ego sic dimitto debitoribꝫ meis vel alienis/q̄ vellem eos esse bonos viros/modestos/tēperatos/⁊ ab omni malicia correctos seu cōuersos/p tuam ineffabilem pietatē. sicq̄ inde nec sibi nocerent nec alijs. sed p desent et nullā deinceps penam mererent. vt sc̄z p̄sona seruaret et desineret culpa. Sic dimitte mihi pater noster. vt in mansuetudine me corrigas ⁊ in vngentoꝝ suauitate vulnera mea linias et grām infundas sanitatis. ¶ Amplius vero ego sic dimitto debitoribꝫ meis/q̄ vbi non corrigerent a viciis suis prauis p mansuetudinem remissionis. corrigātur in chamo ⁊ freno ac flagellis/ue deteriores semp cōmittentes ⁊ alijs nocētes/sibi nec̄z semp exitēs ⁊ eūtes post prauitatem cordis sui/in adinuentionibꝫ suis/damnabilius moriantur. Sic dimitte mihi pater noster debita mea. sic vt sic seca in p̄senti/ne damner in futuro. Ita tū vt in mia et miserationibꝫ flagelles me. sic et p̄dicti desiderare debitoribus meis q̄busc̄unq̄. ¶ Item ego sic dimitto debitoribꝫ meis/q̄ licet sensualitas offensa ex dictis/vel factis eoꝝ/remurmuret et in vindictam exardescat. Nihilominus desidero fm iudicium superioris rationis/innitentis eterne legi tue/q̄ pacatior esset hmōi sensualitas ⁊ q̄ in tranquillitate inimicos suos sicut ⁊a micos sustineret quidem patienter et benigne/sicut caritas sine q̄ nēo tibi placet. patiens est et benigna/nec̄z irritatur. Sic dimitte mihi pater noster. vt nihil aduersum me velis agere/nisi misericorditer et benigne. quoniam si taliter volueris. fiet vtiq̄. cū subsit cū volueris posse. Sed nō ita michi. p̄sertim in sensualitatis bestiali et effreni motione a qua tu prorsus es alienus

Deniq̄ sic dimitto debitoribus meis q̄ inspirante te et donante. ego in eoꝝ punitionem laborare vel cōsentire deliberato animo nollem/vijs facti contra regulas iusticie tue/sciens te dicere Mihi vindictam. Hoc autez aliquādo facis p te sine medio aliquādo p iudices a te cōstitutos in terra quib⁹ dum defertur aut relinquitur executio iusticie contra malos/illa prorsus tibi relinquitur et defertur. In his ꝓterea limitibus stando et desiderādo vindictam. superioritas tue iurisdictionis nequaq̄ violatur. Veruntamen video tutius michi esse pusillo/qui non sum iudex cōstitutus aliorum/quiescere interim ⁊ silere a tali desiderio vindicte/quale potest imo debet haberi licenter a iudicib⁹ tuis/q̄s occupet mēs mea in tali consideratione iusticie tue. que si velit exercere se cōtra me/illa potest in infernum ptinus deturbare. Sit igitur ante ome desiderium meum/in misericordia et miseratione/sup peccatores/orando flēdo p eis. sic enim et tu misereberis cui talē prius misericordiam infuderis

Finit.

Oratio eiusdem

cum peccator de peccatis suis multum est anxius/eaq̄ coram deo/omni postposita mala verecundia/expandit.

Altissime et mitissime amator deus boīm creator z gubernator oīm creaturaz. immense bonitati tue cōfiteor omia peccata mea quecunqz quoq; modo feci/et illa hora ex qua peccare potui vsqz ad hanc horam/in q̄ adhuc p misericordiam tuam z viuere me pateris Omniū vero nō possum esse memor. qz multa sunt et facile enumerari nō pñt. Sed tu misericordissime z pñssime deus/cui nota sūt oia anteqz fiant/qui verus inspector cogitatōnum z iustissimus es scrutator cordis z renum/tu nosti oia pcā quecūqz egi vte adhuc ago/vel intus in aīa mea p occultas cogitationes vel foris p aptas opationes Et ppterea qz veraciter tibi hec omia nota esse scio/de his omnib⁹ q̄ me fecisse contra volūtatem tuam intelligis/coram maiestate tua z coram omnib⁹ sctis tuis me reum et culpabilem esse cōfiteor. Et nisi indulgentissima mia tua ꝑ⁹ subueniat/post mortē carnis/eterna morte me esse damnandum eternis tormētis eternaliter esse torquēdū/scio. ¶ Dulcissime deus scio qz me creasti et creatū misericorditer dilexisti Et qz ob hoc me creasti vt et ego q̄z te meum creatorez sicut dignum esset diligerem/tuis q̄z ꝓceptis p omnia obediens essem Et hoc totum ad bonū meū fecisti. nō vt p me vel melior esses. vel in aliq̄ ditior existeres. tu enī nullo bono eges. qz tu essentialiter ipm bonū es. et a te est omnis bonus/quicūqz bonus est Et iō nō potes esse maior vl ditior. Et hoc nō p falsam impotētiam/sed p verā potentiam nō potes. Qui enī malum pōt z facit malo suo hoc pōt et facit. Sed p hāc potētiam nō sursum ad excelsa erigitur feliciter sed deorsum ad ima trahitur infeliciter.

Hac potētia vel potius impotētia miserabiliter seductus/et quasi vesica turgens inaniter inflatus. extra rōem positus. Et q̄si iumento insipienti similis factus. telo superbie miserrime pcussus z pstratus te creatorem meū z misericordissimū dñm/in tuis ꝓceptis q̄ mihi ad bonū meū si obseruāssez dedisti cōtemnens/et veluti mēte pditus/dum adhuc illucqz quasi sup be ferox. vera soliditate pdita. vias pditionis z mortis incurro. ac vanitatem vane qz elationis ventum stulte z insipienter sequor. ¶ Fateor clementissime deus. fateor coram omnipotentia tua. me nimis esse sūpbum/vanum et omni genere elationis plenum. Et puto qz si in hoc seculo aliquā haberem potestatem/nullus posset sufferre meam supbiam. Sed z ista supbia/qua coram hoīb⁹ grauiter vexor. q̄uis sit execrabilis et nimis ꝑiculosa Est tamen alia supbia/qua cum diligenter secretū mentis mee non michi blandiens inquiro/non parū vexatur et dissipatur infelix anima mea. aliquādo vero si cōtingat(qđ tamen raro accidit)aliquid me facere qđ fm estimatiōem homi/num videatur aliqua similitudo boni/nō ꝑ⁹rum de hoc ꝑo supbio. Etsi alios inde loquitur et aliquo modo non curat laudare/eum quasi stultum et nihil scientem despicio. Vel etiam si quasi nō curans laudatōnem hoīm vanam et inutilem fugio. nō ꝑ⁹rum in interioribus meis vbi solus deus videt/inde glorior. Et mirū in modū/dū laudatiōem viri. eo amplius laudatōem tuam gl̄am appeto. ¶ Ecce deus meus et creator meus/ecce vides me ita facere. ita viuere. et totuz qđ viuo/pdere/Ecce vides et execraris et p tali vita non nisi penas et tormenta pmittis. Subueni ergo creator meus. subueni adiutor in opportunitatibus. subueni et adiuua aīam meam. et per ineffabilem miam tuam/destrue et confunde supbiam meā. Ecce deus meus/ecce cōfiteor imense bonitati tue. veneno hui⁹ malicie me totū esse infectū. corruptū z destructū. z iaz fere nisi mi ficordia tua subueniat ad nihilū redactū/sed coram maiestate tua/culpā meaz recognosco. reus et culpabilis. Veniā et indulgentiā de hoc et de omnibus peccatis meis. a te misericors deus peto. qui non vis mortē peccatoris/nec letaris in perditione morientiū. ¶ Sunt z alia multa que de radice huius pestis me habere/et eoz me molestiꝰ non parū inquietari/sed sepissime atteri sentio. que siliter confiteor. et similiter de his omnibus veniam et indulgentiā requiro. Sunt aūt hec vicz ira/impatientia/inimica deo z oīb⁹ sanctis odiosa discordia/indignatio. rācor animi. rediū mentis. voracitas gule. murmuratio. auaricia. rapacitas. et alia multa his silia. quib⁹ vexari et affici lacerari z discerpi infeliciter aīaz meā cōspicio. ¶ Et ꝓter hec vnū malū sup oia mala malum quo tanto grauius et miserabilius lacerātū et afflictū animū meū sentio/q̄to et ab ipis cunabulis sp mecū fuit. mecū creuit.

¶ Magister. Multū per omnē modū. Hoc est illud misticū verbū ēpi de dilecto suo. ꝙ ingredief ⁊ egredief ⁊ pascua inueniet Hoc item aliud de moyse. qui minauit gregē ad interiora deserti. vbi vidit dominū in flam ma rubi. Gregem intellige. totā cogitatio/ nū turbam. que ad interiora mentis colli gitur. Est alter ordo dū Moyses vocatus a domino de nube caliginis exit ad ipsum sicut christus relicta turba ascēdit i montē Sic anima subintrans se ⁊ trahens ad se sponsum per cognitionē. dici potest pasce re sponsum. Sic ipm habere in lecto paci fice mentis. ⁊ coangustate. ne sit locus ad/ ultero. Exiens vero per dilectionē ad spō/ sum trahitur ad sponsi palatium thalamū vel cubiculum. ¶ Discipulus. Quid po/ stremo? ¶ Magister. Siquidem in hac coniunctione. sponsi ⁊ sponse per dilectio/ nem /consurgit delectatio. dum rursus im primit se dilectus in dilectam. sugentēvbe ra consolationis sue. Dicitur hinc delecta tio quasi quedam lactatio. Hinc est fruitō complectans vniuersas beatitudinis par tes. vt dotes. tentionem vel apprehensio/ nem inhesiuam pro cognitione ⁊ dilectio/ ne pariter ⁊ delectatione. Sic fruitionem descripsit Augusti. ꝙ est amore inherere a/ licui rei ꝓpter se in qua mētis delectatio q̄e scit. ¶ Discipulus. Dum rapit nos est? amoris/obliti sumus pene inq̄sitionem p̄ mitus occurrentem super verbo tuo o btā btāz. Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. ¶ Magister. Re/ gredi licet quando volueris. ¶ Discipu/ lus. Pulsat hec animum questio. qua ratō ne potuit absq̄ spiritu iactantie. humilis ancilla domini / tam excelsum de se pfer/ re preconiuz? Subit inde questio. quo no mine dignior Maria nomietur. An bea/ ta/ que cecinit. Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes? Subse/ quitur alia questio. quot modis Maria dicta sit beata? Magister. Conabor sa/ tisfacere quesitis his. Et quidez de primo scieris animā Marie magnificasse domi/ nū non solum. quia magnus in se est/ ⁊ ma gnus a creatura sua predicatur ⁊ colitur. ꝫ etiam quia magnificam reddit animaz cui magna facit qui potens est. Nunquid pa/ rum tibi magnificata videtur Marie ani/ ma. que operationi supra modum magni/ fice fuit ausa prebere consensum dicens ad angelū. Fiat mihi scōm verbuz tuū. Quid est hoc/ nisi fiam mater filij cuius pater est deus? Quid excelsius. quid sublimius vl' (vt alius vult) arroganti? poterit cogitari.

¶ Discipulus. Hoc mouet multos. quo modo stant simul/ ⁊ in vnū conueniūt/ tan ta hūilitas ecce ancilla domini/ cum tanta magnificentia fiat mihi scōm verbum tuū talis abiectio cum tali gl'ia? Magister. Doceat nos phia si theologia parum est. conditiones magnifici. seu vim virtutis magnificentie. Magnificus vtiq̄. non de honore vel gloria curam habet. sed de ope ribus preclaris. que gloria digna sunt ⁊ ho nore. colit lucem. spernit vmbram. Gloria sua est sicut dicit apostol?. testimoniū con/ scientie sue. Non de alieno pendet iudicio cui modicū est si iudicef ab hominibus vl' ab homine aut ab humano die. Nam qui se iudicat dominus est. Fit humilis proin de in fuga glorie. fit magnanimus in ope/ ratione magnorū. cum dignitate meritoꝝ Deniq̄ cum gloriatur. in domino gloriaf Obseruat hoc magnifica nostra ⁊ magni/ ficanda. que tota in dei gloriaz refudit bea titudinis sue famam. Quia fecit inquit mi bi magna qui potens est. Non ergo mihi gloria. gloria sola sibi. Fuisti propterea vir go beata sicut angelus dei. vt nec benedi/ dictio te moueret nec maledictio. per ela/ tionis aut deiectionis vitium. Que/ quo magis gloriam fugiebas/ eo magis te seq̄/ batur. sicut vmbra corpus. Esse bona. nō videri/ volebas. ¶ Discipulus. Magnifi cus/ magnorum dignus bonorum. nun/ quid iniquos iudicat eos qui se spernunt

¶ Magister. Plane sic iudicat. censetq̄ puniendos. non propter se/ sed propter iu/ sticiam ⁊ alienam vtilitatem. At vero lon/ ge diuinus. dat fides cum gratia. magnifi/ centiam cum humilitate coniungi. q̄ ina/ nis phia. Dicit ex sententia. Hō nob dñe

non nobis / sed nomini tuo da gloriam. Tibi gloria. nobis autem confusio / qui serui inutiles sumus. qui nihil habemus quod a te non accepimus'. qua tibi dona confitemur et reddimus. Volum⁹ vt ad locum vnde exeunt flumina gratiarū reuertantur. vt iterum fluant te donante. sis magnificus in sanctitate et gloria. ¶ Discipulus. Non est quod contradicam. dic de secunda questione. ¶ Magister. Enunciasse videtur prophetico spiritu plena / verbigena nostra / q̄ hoc nomen adiectiuū appropriate sibi et antonomatice daretur per omnes generationes. velut nomen epitheton desup sibi datum. sibi debitū. sibi placentissimū. necnon conuenientissimū iocundissimū et appropriatū. ¶ Dignare nos laudare te virgo sancta. o ter quaterq̄ beata. Beata primo que credidisti clamat Elizabeth. Beata secūdo quia gratia plena scōm Gabrielis salutationē. Beata tertio et benedicta. quia benedict⁹ fructus vēteris tui. Beata quarto. quia fecit tibi magna qui potēs est. Beata quinto. quia mater domini. Beata sexto. quia fecūdata virginitatis honore. Beata septimo. quia nec primam similē visa es nec habere sequentem. ¶ Discipulus. Numerasti numeros beatitudinis sub quadam generali laude. quid censes si ad specialia descendam⁹? ¶ Magister. Descendam⁹ placet. Sic enīz plenior dabitur intellect⁹ preconij quo beata dicitur per omnes generationes. Offertur animo triplex beatitudo. Una vie / per spem. altera patrie per rem. tertia quasi mediat inter spem et rem. inter viam et patriaz qualē habuit manifeste christus quez fuisse viatorē scōm animam. et comprehensorē scōm spiritū / nullus ambigit theologus ¶ Porro qualis sit beatitudo per spem et gratiam. nozūt cōmuniter fideles christiani Qualis preterea sit beatitudo glorie videmus nunc per speculuz in enigmate. credentes eam esse quaz nec oculus vidit nec auris audiuit. nec in cor hominis ascēdit Recogitata vero dupler hec beatitudo. viam aperit vt tertia quasi media citᵒ cognoscatur. quia minor est q̄ glorie consummate. et maior q̄ solius spei et cōmunis gratie ¶ Hec abhorret hec distinctio theologica / phisicā consideratione. que ponit virtutes primas politicas. secūdas purgatorias. tertias purgati animi. quas aristoteles vocat heroicas. Hec beatitudo que purgati animi. vel heroicalis excellentie dici potest / fuit in beata nostra dum viueret. super omnem purū hominez / sicut beata residet in patria super omnem angelicam potestatem. hoc est que a nullo vincitur illustriuz scōm Damasceuū. At iuxta hierachicam Dionysij legem / continet eminenter omnem perfectionem creaturarum tanq̄ inferiorum. vt iure dicatur Regina mundi et domina. Vis igit breui compendio Marie beatitudinē. notaz tibi fieri. da sibi per eminentiā quicquid in creaturis videris melius ipsum q̄ non ipm. At si non formaliter tamen eminēter q̄q̄ distāter a deo At quoniā priceps fuit in via virtuisq̄ beatitudinis vie scilicet n patrie ponem⁹ aliq̄s de conditionib⁹ beatitudinis eterne. p q̄s gradatim veniam⁹ ad petita vel ad pereuda. ¶ Discipulus. Expediēs iudico. nec audiendi tenebit me fastidiū. etiā si precognita narraueris. ¶ Magister. Est beatitudo spirit⁹ que separatur ab anima. id est a sensuali portione. Hec fuit in christo viatore. Hec in spiritib⁹ separatis viget. Habet nihilominus anima suam beatitudinē duz resumetur incorruptibile corpus a spiritu beato. Dicitur incorruptibile pro tollenda calūnia quaz vellēt aliqui struere de resuscitatis iustis / tempore passionis quorum spiritus statim in descēsu spirit⁹ christi in limbū patrū beatificati sunt. quando mortuus christus infernū. saluādo spiritus istos p beatificā visionez. de qua latroni dictum est. Hodie mecū eris in paradiso. qui purgandū fortassis aliq̄d habebat. nisi priuilegium nouitatis. aduentus regis / ipsum sicut et alios multos. forsitan et omnes / tunc a purgatorio liberasset. Tales inq̄m spiritus beatificati. si corpus nō incorruptibile susceperunt. aut quia mortui sunt scōm quosdam / sequitur vnū mirabile q̄ tales fuerūt cōprehensores in corpore mortali sicut christus. Sequitur etiam q̄ fuerunt bis mortui. sicut Lazarus cum statutum sit omnibus semel mori ſm Apostolum. Respondent quia apostolus non negat quin pluries. At vero nulla sit ambiguitas de resurrectione nouissima. Sunt autem tres dotes spiritus beati. sit separatus aunt coniunctus. que sunt fruitio visio et rētio. Sūt q̄tuor ipius aie ſſtiue resūpto corpe gl'iose q̄ plene ſbditū ē

tam anime q̄ spiritui Unde reddetur cla/ ruz. impassibile. agile. subtile. Holo tamē existimes q̄ spiritus z anima sunt in eodē homine/modo vel tunc due nature distin/ cte. vel due anime z essentie. licet fuerit ali/ quando articulus in anglia condemnatus dicere q̄ non sunt due anime in homīe eo/ dem/rationalis z sensitiua. Prior vero sen tentia tenēda est. put ecclesiasticis dogma tibus continet. Dixit christ⁹ q̄ potestatez habebat ponēdi animā suā. sz q̄ illa sit spi ritus. notauit euangelista Tradidit spūm Discipul⁹ Prīdē ita dixisti. prīdem ita nouisti. expone quod ordiris? Magi/ ster Quia loquimur de dotibus que solēt attribui nubentib⁹ Sponsus enim dotat sponsam. z nulla creatura/non vnita diui/ nitati(vt excipiatur anīa christi) dignior fuit dei sponsa notari Maria vti p spon/ si z spōse metaphora dum inquirim⁹ bea/ te Marie laudes. atq̄ preconia. dū viatrix etiam pegrinaretur in terra Discipulus Bratanter acletus accipio. q̄tenus in his assumptionis sue solennijs / dum cantica canticorū resonat eccl̄ia tanq̄ epithalami um suū materia conquirēdi iocundissima ministret Magister. Animaduerte quē admodū tres in matronio succedūt grad⁹ Est enī matrimoniū initiatū est ratum. est consummatū Discipul⁹ Scio. sz quid ob hoc tetere vis? Magister Volo di/ cere virginalē spōsam nostrā/ km triplicez hunc statū. triplicē habuisse beatitudinez. Beatā respice primo modo/dū ab instan/ ti creationis spūs sui. initiatū est matrimo niū cū eterno sponso deo. per arram fidei. spei caritatis z ceterarū virtutū. Beatā re/ spice secūdo modo. dum matrimoniū ple/ ne consummatū est in assumptione corpo ris z anime/cū eternitate dotū suarū. Bea tā intellige tertio modo quando matrimo/ niū fuit ratū in conceptione filij dei. z dein ceps p gratiā consummatū. ne dissolui pos set p peccatū q̄uis ad cubiculi secretū. pri mo fuit in assumptione introducta vbi fu/ it z est matrimoniū consummatū. Di/ scipulus. Jaz velut per rimulas. incipiovi dere quo tendit iter tue deductionis? Magister. Videbis apertius si paucula de dotibus enumerauero potius q̄ docue ro. Tres idcirco dicuntur dotes. sponse ad cubiculum sponsi recepte p gloriam. visio fruitio et tentio. que respondent tribo theo logis virtutibus vie. que sunt fides. spes. z caritas. et tribus anime viribus. rationali concupiscibili irascibili. Dicūtur inq̄ igi/ tur dotes. quia sunt habitus/disponentes tres istas vires scōm mentem. que est spiri tus. immo vn⁹ tunc cum sponso spirit⁹. ad act⁹/qui beatitudinē constituūt. quiq̄ sunt intuitiua visio. z actualis fruitio cū eterni/ tate. Ad quid valent dices iste dotes? Ha ne quaten⁹ spōse supperet. vnde portet iu/ gū suauissimū z onus leuissimum beati cō iugij. vbi fit mens suo modo parens verbi z sacrarium spiritus sancti. Nunquid vide tur talis. tanticz filij educatio iugis et eter/ na qualem habet ipsa mens verbigena. vi/ go in vnum mater z filia. Discipulus Cōuenisse credim⁹ hec tria simul in Ma/ ria. sed quo pacto conueniant in mente ra tionali non ita perspicio vt virgo dicatur mater z filia? Magister. Virgo nomi natur propter sinderisim. que nunq̄ viola tur. Mater. quia parit in se verbum. rorā/ te desup patre luminū. cuius est filia. cuius filio nuptialiter cōiuncta est. Quid/ni tūc psallet z exultet Marie spirit⁹ in deo salu/ tari suo. laudans. psallens z iubilans ple/ no toto q̄ cordis affectu. hoc canticorum canticū amoris per amorē canticū nuptia le. quod dicitur epithalamiū. Canticū no uum. qpter illuz. qui noua fecit omnia. Te nor huius cantici cōsistit in essentiali bea/ titudine visionis dilectionis et fruitionis dei. que semp vno z inuariabili tenore sub sistit z resonat. Porro respectus creature q̄ tam in verbo q̄ in proprio genere. mouet ad canticum multiplici varietate decorum tanq̄ pro discantu. Neq̄ dubitaueris om nes z singulas in vnum concurrere. menta lis spiritus affectiones. Formabitur enim melodia spiritus. ad exemplar armonie si/ ue melodie dinalis. que stabilis semper in se manens fastidire non potest. tanq̄ assi/ due renouetur. Habes ecce veritatem conclusionis vnius quam tu tibi declara/ ri quandoq̄ postulabas. Si Maria in hoc cantico se in omnes perfundebat affect⁹ vel anime passiones. Discipulus. Ha/ beo forte pro statu gloriet q̄uis ambigu/ um videatur. si sint in spiritibus beatorum omnes affectus. tot z tales. quot z quales sentimus in via. immo non est dubium de dolore. Non enim erit amplius ibi luctus neq̄ clamor sed nec vllus dolor? Ogr

De hoc statim videbimus. Tu colligas z intelligas interea quale fuerit canticū beate virginis quot vocibus alternatum, duz iam adepta fuerat beatitudinem illaz, que dicta est superior ad beatitudinem solius vie proxima z vicina beatitudine patrie. Quid si viatores aliqui exercitatos pro cō suetudine sensus mentis habētes/ possint cū oi promptitudine voces affectuū scōm notulas quinq; vocalium, sparsas per syllabas psalmorū, vnamquāq; concinere vl formare. ¶ Discipulus. Concludit intelligentia tua, cq; rationabilis sit conclusio q̄ non ita recipienda est, quasi vox quelibet affectionis, retineat sonum integrum, frangūtur enim quadam allisione non aliter cq; in compositione dictionum videmus. Non enim hec dictio magnificat/ plene sonat, istas litteras m a g n i f i c a t, sed i vnū colliguntur quasi tertiū mixtum sonum. Usus est philosophus, hoc exemplo, duz de mixtione tali loqueret elemētorū, q̄ manent quidem in mixto, sed refracta, vel fm essentiam vt placet Auicenne, vel vt Auerrois scōm proprias qualitates. ¶ Magister. Exemplum placet quod inquisitionē philosophicā presupponit. Exemplum aliud, video ō multis aromatibus simul tritis, ex quibus odor tertius mixtus resultat quandoq; plus redolens/ aroma predominans. Coaptetur exclamatio canticorum. Que est ista que ascendit per desertum sicut virgula fumi ex aromatibus mirrhe et thuris, z sequitur z vniuersi pulueris pigmentarij. Exemplum aliud est in re nostra licet enim pueri distincte prius sonent, vt re mi fi, postmodum iungunt, litterā paulatim cum vocibus istis, tandem vsu continuo cantant sine vocibus notularuz/ qō tandem exemplum, in cōtrapuncto, deinō in discantu plus apparet, vnde valeamus ad musicam cordis trāsferre rationem, vbi celeritas maior est atq; facilior sonoritas affectionum spiritualiuz, cq; sit exterior vocalium. ¶ Discipulus. Vas pratum vtendi gāma mistico canticorum cordis. Unō palam fit non esse sistendum iugiter in his quinq; vocalibus, a, e, i, o, v. Sz nec in singulis deliberate pausandum est affectibus Alioquin fantasia plus tandem ledere tur, cq; intelligentie recreatio proueniret. Cuius rationem sensualis nos quottidie docet cantus. ¶ Sed manet dubitatio mota de beatis deo iubilantibus, apud qs sola vox leticie, z nulla spei, nulla compassionis, nulla timoris, nulla deniq; doloris resonare videt. Et hec dubitatio verti potest ad beatitudinem Marie virginis, pro statu vie, proxima statui patrie, quādo nō habebat peccata que doleret, quando conformis erat sua in omnibus voluntas prouidentie dei, que in sui dispositione nō fallitur ¶ Magister. Habebit hoc vltimuz de conformitate voluntatis locum proprium. Ceterum de affectibus beatificati spiritus edoceri poteris, per similitudinez determinationis abundanter tradite per doctores de virtutibus moralibus z theologicis, z de donis beatitudinibus z fructib⁹ simanent in patria. Quorum finalis est resolutio q̄ in quolibet bono habitu/ reperitur aliquid qnod dicit perfectionem sed in pluribus coniunctuz est aliquid pro statu vie imperfectionem notans vel indigentiam. Fides dicit innitentiam prime veritati, spes diuine liberalitati, caritas diuine bonitati, z horum quodlibet vtiq; bonum est perficiens spiritum. Sed imperfectionem respice Fides importat enigma, spes cum enigmate futuram fruitionem, caritas vero a deo, cuius hic non consequatur intuitiuam visionem. Penitentia dicit detestationem peccatoruz, Timor fugam separationis a deo, Cōpassio seu misericordia/ promptitudinem auxiliandi, zelus amorem iusti. Et ita per omnia reperies aliqua de se bona si coniunctos defectus abstuleris, vt a penitentia peccatuz commissum, a timore periculum cadendi, a compassione/ miseriam cui nunc oporteat subueniri. Sic itaq; de singulis affectionib⁹ beatorum spirituum, quas theologia vocat extenso nomine passiones, que nō sunt in spiritu ratōnali, maxime separato, scōm realem mutationē quemadmodum philosophi stricte loquūtur de passionibus sensitiue anime. Affectio autem spiritum immutans/ intentionalis est sicut gaudium z desiderium de deo, odium vel displicentia de peccato, resilitio in deum z ab inferno, affectus succurrendi alieno incōmodo.

¶ Discipulus Et si magna pars questionis soluta cernatur per exemplum de virtutibus, tamen descriptō beatitudinis affert

Dm

scrupulum, quoniam beatus est qui habet quicquid vult scōm antiquos, z Augustinum qui addit nihil mali vult. Beatus dicitur quasi bene actus, cui omnia optata succedunt scōm Cassiodorum. ¶ Magister. Conclude primo per ethimologiam beati contra stoicos, q virtutes non sunt ī sensibilitates, quia dicitur beatus quasi bene actus, ergo bene motus, ergo non insensibilis. Et hec certe concedunt de affectionibus intrinsecis rationis, sed sensuales omnino detrahunt a sapiente quasi saxeos virtus efficiat. ¶ Porro non est de ratione beatitudinis, q beatus statim habeat q̄c quid vult optandum maxime circa alterum sed absoluta beati volūtas sicut semper cōformis est diuine voluntati sic semper impletur. Et huius declaratio proprium locum habet. ¶ Supereſt distinguere de spiritibus affectionum receptinis. Aliqui sunt ipassibiles effecti, z h cōtra passibilitatē lesiuā vel corruptiuā vl' abiectiuā perfectionis debite, vt in celo, quoniā nihil impedit, imo confert esse passibiles passione pfectiua, sicut dilectō dei, suaq̄ fruitio. Nōne celum impassibile dicitur primo modo quod lumine solis cernitur mutari. Alius est spiritus rationalis atq̄ receptiuus lesiue passionis etiam vt spiritus est, z hoc q̄tidianum est nobis viatorib⁹ velimus nolim⁹. Et de dāmnatis spiritibus fides credit, sed modus alio loco dicendus est. Est tertia vel fuit in nonnullis spiritibus proprietas, que dedit eis posse non pati passione lesiua vel disconuenienti, qualis fuit pro statu nature institute, z qualiter erat in anima christi, nisi sponte passiones suscepisset. Vides ne igitur q primus spiritus per passiones nō leditur qualescunq̄. nec si poneretur in stagno sulphuris ardentis Gaudet assidue, nec gaudium minuunt alie iuncte affectiones, sicut compassio deficientium, detestatio peccati, resilitio reuerentialis in propriā paruitatem que timoris species est, Odium deniq̄ vitiorū, q̄ est zelus bonus, z ita de reliquis īperfectione semota. Tertius spiritus suo modo carebat lesiuis passionibus in primo parente, z nunc forte sic in Enoch z Helia. Sed an beate nostre talis fuerit exultatio spiritus in deo salutari suo, non arbitror asserēdum, quin doluerit tam anima q̄ spiritu, non enim glorificatus fuit spiritus suus, sicut spiritus christi, nec voluntate sola passionibus lesiuis subiacebat. Tuam inquit Simeon ipsius animam pertransibit gladius. ¶ Discipulus. Hōne fuit immunis ab omni peccato nostra btā, z si sic, cur passa est, quia quicquid patimur, peccata nostra meruerunt. Eua deniq̄ fuisset ante lapsum, ipsa Maria pfectior, quia tūc poterat nihil pati. ¶ Magister. Notata est alibi responsio, q in Maria fuit necessitas originale peccatū contrahēdi, scōm causas inferiores, scōm legem ꝓpagationis ex cōiuctione viri cum femina. Lex enim superior preiudicauit huic necessitati preueniēdo casum, per sanctificationem z gratiam. Sic dicit in alio casu sanctus Thomas, de occurrentibus tempe iudicij obuiā christo in aera, q si nō moriantur, hoc non est scōm causas inferiores quib⁹ habebant necessitatem moriendi. Nec est cōtra apostolum dicentem, statutū est hominib⁹ semel mori deinde iudicium, quia priuilegium superioris hoc suspendit. Non secus est in posito de Maria, a necessitate contrahendi originale peccatum, preuenta z priuilegiata, z excellentissime sic redempta qualiter redimi non egebat Jesus christus quia per carnalem concubitum non formatus. Dolores idcirco pertulit Maria, nō omnino sponte sicut filius, sed nec penit⁹ inuoluntarie sicut nos in quibus motus vitiosi preueniunt iudicium rationis, quos ratio preueniebat in Maria. Alioquin venialia saltem commisisset. Nihilomin⁹ dolebat ꝓpter spiritum passibilē, z statum, cū omni tamen moderatione z ⁊tute, z meritō ⁊tinuo. Cōplebat insup illud ap'licum Gaudete in dño semp, iterq̄ dico gaudete. Sciebat, q dñs sibi ꝓprius⁹ erat z fuerat, supra ceteros viatores, qd notauit cū subiūxit p causa exultationis sui spūs. In deo salutari suo, q respexit inḡt būlitatē ancille sue. Juxta pmissum p Esaiā. Sup quē respiciā, nisi sup pauperculū z contritū spū, z trementē ſmones meos. q̄uis certa esset nō min⁹ ap'lo, q neq̄ mors neq̄ vita z̄c, separet eā a caritate dei que erat in xpo Jesu salutari suo. Et ideo cōtinuo gaudebat plus q̄q̄ in sola spe, sed minus q̄q̄ in regloríe Ecce habes in hac dictione beatā. Ā. pro spe, habes a pro letitia. Jam supra spem

k

l

additur tertium a dum venit in gloriam. Huc pro canticis accedit incidens cōsideratio nominis huius beatitudo q̄ quinq; vocales/quinq; significantias affectuum in se claudit. Ceterum quia dixisti omē quod putamur peccata meruisse vez est propter originale peccatum quod remouit probibens lesiuas passiones cum peccatis. Nostra deniq; beata semper habuit gratiam gratum facientem que originali superemi net iusticie qua primitus ornata fuit Eua sed perdidit. ¶ Discipulus. Accepisse puto sufficientem procelicita prius cōclusiōe deductionem de cantico Marie scōm omnes affectiones sub omni facilitate formatas per organum cordis vbi fulgebat mentis verbum sententiosissima numerositate representans velut mirabiles ratiōes rerū instar patrie licet adhuc in enigmate vie.

¶ At vero putas ne credēdum q̄ vocale canticum addiderit nōnūq̄ hec beata.

¶ Magister. Sane puto/maxime in ista pegrinatiōe laboriosissima comitibꝫ Jesu puero z virginali spōso Joseph vt adimpleret ad litteram illō psalmiste. Cantabiles mihi erāt iustificatiōes tue in loco pegrinationis mee. Cur p̄terea nō cecinerit corpalem recreando laborem nūc psalmos patris sui Dauid nunc cāticum proprium nūc illud Zacharie nūc Symeōis alludens sponso blandienti z dicenti. vox tua sonet in auribus meis. vox enim tua dulcis. Nunquid existimas beatam nr̄am in iocundissimo partu z post partum duz natus erat saluator mundi concinentibus angelis. Gloria in excelsis do. siluisse. Nū quid non infanti posito in presepio z flenti debuit z consolatorium fescēninuz dulci susurrio velut aure tenuis rsonar. Quid vero de celebri ritu propriarū nuptiarū cōiecturas que nuptijs alienis interfuit bilariter honorādis z vino de aqua facto gratuita pietate solandis. Quid in templo nutrita et de canticis syon edocta debuit quo silere. ¶ Discipulus. Grata commemoras que nō abhorrēt a pia credulitate etiam si addideris iustum Joseph cuz puero iesu nōnūq̄ vna cecinisse. Sed hec hactenus. q̄ seculi prudētibꝫ in oculis suis (q̄bus oīne qō putāt sublime videre) nuge videbunt aniles z indigne. q̄si nō multo amplior fuerit hūiliatiōis. vel crucis misteriū. vl lotio pedū. imo generalr ois actio nouissimi viroz. q; factꝰ est ꝓpter nos opprobriū hoim z abiectō plebis. q̄ sint ista q̄ dicimꝰ de Maria. ¶ Magister. Das materiā dissolutiōis pus facte qōnis tue. cur erūpens in canticū nouuz/dixerit brā. Magnificat aīa mea dñm. Sane q̄d magnificētius eo cuiꝰ magnificentia eleuata est super celos. Quid in talē magnificaret h̄ est magnificū pdicaret. Quidni toto nisu dilataret z extēderet aīe sinū ad eiꝰ amplexū. Quidni p̄terea crebrius alēnaret affectꝰ suos. sm nostulas vocaliū. mō de leticia in cōpassionez sentiēs q̄ miseratiōes dei sunt sup oīa opa eius. Precipue nūc. qñ misericordia dñi plena fuit terra. qñ cōpleta est postulatō psalmiste. Et veniat sup me misericordia tua domīe salutare tuū scōm eloquiū tuū. quādo misericordia z veritas obuiauerūt sibi. quādo iusticia z pax osculate sunt. qñ deus dedit benignitatē z terra nostra dedit fructū suū. qñ timidus. dolēs z languidus homo per sapientiam accusatus. per iusticiaz damnatꝰ z punitus per potētiaz. suscepꝰ ad gratiā p viscera misericordie dei nostri in quibꝫ visitauit nos oriens ex alto. glorificatiōis et ne spē afferēs. qñ soluta mors ō deperit. datur triūphus gratie ¶ Discipl's Cōiicio. Tales inenarrabiliter cōtemplationes. beatam nostram sub omni celeritate in mometo. in ictu ocl'i. in nouissima tuba contulisse. z in affectum suauissimi corpis traducendo cantasse. Juxta z supra p̄mixtionem notularuz vt fit in verbulis seu minutis discantuū. Intonās igitur voce serena/psonuit post Elisabeth p̄conium. immo tonuit z exclamauit voce grandi ad aures seculoz̄ oium. Magnificat anima mea dñz. Tale tuū carmē nob dīna maria quale sopor fessis in gramine. quale p estū dulcis aque saliente sitim restinguere riuo Sed redit ad coz. cur non dixit Maria? Magnificat anima mea dominum.

Magister. Altiori repetam̄ principio. dicentes Marie linguam/fuisse calamū scribe velociter scribentis. boc est spīritussancti qui nedum velociter. sed multipliciter scribit. adeo q̄ non est yota vnum positum sine causa. non est apex vnus/tam in significatione q̄ in ordine frustra locatus. Exq̄ perpenditur q̄ lata z lauta sit mensa sapiētie sacre que tot epulas z fercula ministrat quot possunt a quocunq; veri z salubres sensus elici. scōm quadruplicis exposito-

Dm z

genus. ¶ Preuidens igitur spiritus sancti seminarium quinq; vocalium non esse pretereundum a posteris. sed inde significationes alias/modo quo nūc facimus/et facturi sunt alij subtilius eliciendas/voluit primum cantici canticorū Marie versiculū terminari sub hoc nomine trisillabo dominum. tanq; neuma. prium. o. i. v. ¶ Discipulus. Mirum vero cur canticum summe leticie/finiuit in voce doloris et mestitie. q; lem. v. quinta notularum designat ¶ Magister triplex occurrit hic. et nūc mistica ratio. Prima quatenus ex prima vocali. a. et vltima. v. redderetur quasi diapente que ē quinta perfecta. Altera quatinus fieret antheton seu contraposito gaudij ad merorem. Tertia pro laude humilitatis. que cātica vie solet in dolore terminare. quasi diceret. Quomodo cantabimus canticū domini in terra aliena. Fit proinde grauior solidior et eminentior ipsa salubris leticia que tali fine stabilitur interrogatione humane miserie. sed non absq; misericordia quam Junctum sibi notat. ¶ Discipulus. Non dilataueris nūc hanc imaginationem. sed te confer magis ad causam litteralem. ¶ Magister. Jsta quidē litteralis est quia secūm litteras. Sed ad intentionem tuaz dico q; initiū sapiētie est timor domini. Si ego dominus ait ipe. vbi ē timor meus: Timor (vt scis) ad antiquā legem spectabat. sicut ad nouā amor. Dominus preterea plus respicit opus creationis et potētie. Vñ ab omibus magnificādus ē cōcedit dñs. Homē vero qđ est de salutaris meus ad opus recreationis et gre. nemo christianus ambigit ptinere. Jdeo cur debuerit subsequi vides. ¶ Discipulus. Nisi prius ostēdisses quēadmoduz btā nostra particeps iuuēcula; tympanistria; potuit altinare repēte. prias meditationes et affectus. non ita satisfacerēt mihi rōnes tue. q; talem neḡo consecq; celeritatē. ¶ Mgr. Dat cām q; ait. Corpus qđ corrūpit aggrauat aiam. et deprimit terrena habitatio. sensuum mltā cogitātem. Nostre vero beate cōuersatio iam erat in celis. iam q; dotes corpis glificati inchoabat. ex abūdantia virtutū. necnō dominij spūs sup aiam et corpus. vt esset inde corpus agile fm omnes vires cognitiuas et motiuas subtile Preterea clarum nec ita passibile vt nostrum quod preuenitur a pmis motibus. sed tamē ista minusq; nunc in patria. ¶ Discipulus. Des aliquod indicium corporis Marie spiritū nō pgrauantis. ¶ Magister. Preueniebat spūs suus. corpales intus motus. qui nati sunt obsequi rōni. Non grauabat eam puerperiuz. nulla labes tyrānice rebellionis ex fomite/colaphizabat eam. deniq; nullas in se cōmotiones illecebrose carnis sensit. sed a respicientibus se/sedauit. Credi similiter debet q; ab audientibus serenissimā vocem eius. Secus de aliarum vocibus que ad gehennam inflāmant. Jdeo nec predicare permittuntur. nec cant apud eas caret discrimine. plusq; sibulus colubri vel serpentis quarum sunt oculi vt aspectus reguli. et tactus germina virtutum eradicās et exurēs ¶ Discipulus. Sentio quos et quas tangit illud secus et ista diuersitas a Maria. Sed vtrum caruerit tentationibus inimici: ¶ Magister. Non oportet. q; sathan si ausus est tentare filiū dei. quomō non tentasset matrem: qđ ei cessit ad palmā victorie multiplicis et aureole. vt coronaretur q; legitime certasset: quia nōvt Eua succubuit tentatori. Dolebat preterea cuz dolentibus gaudens cum gaudentibus. sed vtrūq; moderamine summo. vt plus de vulneribus et nexibus aiarum p virtū/q; corpoz p pestē et gladiū vereret. exemplo filij plus dolentis ingratitudinem nostre nequicie. q; tormētuz mortis ꝓprie suo modo. Quare noli dubitare. q; canticum suū iocūdissimū et a iocunditate inceptum. instituerit Maria cū timore sancto. cum zelo bono. cum visceroſa cōpassione. cum spe et multo desiderio. quaz vrgebat caritas. exclamare. post ascēsionem filij sui. Filie hierlm nunciate dilecto q; amore langueo ¶ Discipulus. Vel lem cōparares beatitudinem Marie qua nūc fruit. ad beatitudinē vie. que licet fuisse sit. pbata singularis. nihominus patrie par non fuit. Cum enim pretulisset Jesus Johannem inter natos mulierum/subiūxit. Qui minor est in regno celorum maior est illo. Jtaq; rem mihi feceris. vestisq; suis accōmodam/que recolimus. ¶ Magister. Suscipe nunc oculis intelligentie. et aures erige fidei. quemadmodum magnificauit hodie Maria dominū. videns facie ad faciem christū qui sibi magna fecit et inscrutabilia. prius in terris nunc in celis. ¶ Discipulus. Cōstituit ipsa sola/hierarchiaz scōm sub deo trino et vno/hierarchi-

primo ꝛ summo, apud quem hierarchas humanitas filij sui sola sublimata sedet a dextris virtutis dei per vnitatem suppositi. ¶ Magister. Suscepit ipsam domin⁹ recordatus misericordie sue collocans ipsam super omnes choros angelorum, apud quos videtur beatus Johannes baptista primus post Mariā positus in ordine seraphin loco luciferi simul ꝛ alij, p qualitate meritorum vsq; ad infimum ordinem angelorum, sub quo /reposītos dicunt saluatos ex solo christi merito, deficiēte ꝓprio q̄ secundā hierarchiā constituunt. ¶ Magnificata est ita hodie beata virgo, vt regina celi: immo ꝛ mūdi/iure vocetur habens preeminentiā ꝛ virtutem influxiuā super omnes. Principatū habet dimidiū regni si sic dici potest sub typo Hester ꝛ Assueri. Regnū quippe dei consistit in potestate ꝛ misericordia. Semel locutus est deus duo hec audiui, quia potestas dei est ꝛ tibi domine misericordia. Potestate domino remanente/cessit quodammodo/misericordie pars/christi matri sponsoq; regnanti. Hinc ab ecclesia tota, regina misericordie salutatur. ¶ Magnificat, hodie dominus quia magnificata pre omnibus diebus vite sue. Plenū gratie cōplementū, hodie secura recepit. Nulla dies ipi festiuior, nulla desiderabiliori iocūditate refulsit. Feliciusq; parit hodie gloriosa filiū in corde/quē viatrix in corpore genuerat, imo iam non meminerit pressure, quia natus est homo in mundū alterū ꝛ i sinu patris collocatus O quātis hodie, o qualibus armonie modulis adaucta celestis melodie cātilena resultat. Nulla post christū vox suauior, nulla penetrabilior ꝛ acutior, nulla liquidior exaudit. Consonat ei pro tenore grauissime presso, grauissim⁹ ꝛ infim⁹ peccatorum lucifer cū simul vlulantib⁹ ꝛ stridentib⁹ dānatorum rugitib⁹. Consonāt inq̄s, qz iusticie voces cōsentaneas molli modo cantui melodiāt. sed eis ve, ve, deo autē gloria ꝛ magnificentia in secula seculorum. ¶ Exultauit spūs inbians pus in ꝺo salutari suo, nunc implero fundit⁹ hiatu desiderij, requiescit in intimo sinu spōsi dilecti ꝺi salutaris sui. Pri⁹ anxia depcabatur/oscularet me osculo oris sui. Prius vbera sponsi sitiebat, prius trahi se post se postulabat. Hodie toto amplexu nunq̄s abrumpenda, toti sponso beata coniungitur. Inebriatur ab vberta/te vberū sponsi ꝛ torrente voluptatis: nulla iam necessitate trahenda potatur. ¶ Trahat nos p⁹ se deprecamur cui⁹ nomē oleum effusum, vt curram, in odore vnguentorū tuorum. Currant in via quedā adolescentule scilicet virtutes ꝛ actiones portionis inferioris. Ita per metaphoram nominauerimus. Gaudent omēs, per virtutes esse fecūdas. fecundet enim infecunditatē / meritis eius vir noster dux virginitatis nostre, que est superior portio mentis nostre. Gloriabat se introductā in cellaria regis, q̄ si sub clave custodita, cui modo omnia patent, secreta regis celestia. Stillet nobis de ꝓmptuarijs paradisi plenissimis refrigerans potu aduersum estū vitioꝝ. Nulla iā sibi nigredo, vel fuscedo, nlla per solis extuscionem decoloratio, nulla iaz pugna filiorum matris sue cōtra se, nulla vinearū habenda custodia, omnia quippe parata, omnia secura sunt ꝛ tranquilla. ¶ Tu beata dilectū tuum optabunda perebas. Indica mihi quem diligit anima mea, vbi pascas vbi cubas in meridie, ne vagari. id est vane agi incipiam post greges sodaliū tuorū. Cernis nūc dilectum, nimia claritate simul ꝛ feruore, per intimā ꝛ meridianā visionez vt nullus sit amplius euagandi timor, nullum discrimen oberrandi post greges fictorum pastorum, qui sponsi se similabant amicos, sed fallebant. ¶ Non iam audies quasi sub ambiguitate sermōis. Si ignoras te o pulcerrima mulierum, que deum, que te que omnia cognoscis, peul hinc pro cul egredi periculum post vestigia gregum nulli superunt bedi fedoꝝ affectuū pascendi, nulla pastoꝝ tabernacula plura videbūtur, quoniā tibi est vnū ouile ꝛ vnus pastor omni diuisionis suspitione reiecta, q̄ scā/deus ad etbera/potestates aereas debellasti, nihil aduersum te malignantes spirit⁹ posse sentientes. Admirari potius oportebat demones ꝛ pauescere quasi querentes inter se. Que est ista que ascendit per desertum, quasi aurora consurgens, que nobis est vmbra mortis ꝛ terribilis vt castroꝝ acies ordinata. ¶ Non est quidem incredibile christum fuisse cuius currus erat decem milibus multiplex per angelos ducens secum multam ex purgatorio captiuitatem. ob honorem noue coronationis ipsius, q̄

regina misericordie ⁊ domina gratie ⁊ mater misericordie, sub cui⁹ imperio sunt omnia iura regnorum, vt in suo nomine flectatur omne genu celestiū terrestriū ⁊ infernorum, ꝯ̄uis aliter ad filium benedictū, qui tamen subdit⁹ dignat⁹ est esse illi. ¶ Cautam meditor alteram cur Maria comparatur equitatui dei in curribꝫ pharaonis. Iā non propter se, sed propter nos viatores quos a diabolico pharaonis defendit incursu. ¶ Confugiam⁹ ad eius opē, quoniam submergit pharaonē istum regem supomnes filios superbie, ⁊ hoc cum curribꝫ et equitibꝫ amarissime penitētie lachrimose. O quotiens dispersis superbis mente cordis sui, deposuit potentes affectus de sede tyrannidis, ⁊ exaltauit humiles penitētes eos esurientes implēs bonis, ꝗles inuitat dicens. Et a generationibꝫ meis implemini ¶ Discipulus. Quo pacto Marie spūs id quod est ꝓprium dei cōfessa est, fecit inquit potentiam in brachio suo, dispsit superbos mente cordis sui. ¶ Magister. Cum spōsus ⁊ spōsa spiritales, sint vn⁹ spūs cur non eadem poterit esse vox amborum, ꝯ̄uis dispariter hec impetrādo, iste imperādo fecit potentiam. Quidni spōsus cōmunicet sponse verba sua, que sibi tribuit vbera sua. Fatemur q̄ non potest opari creaturi, nō innitēdo prime cause potentie. Quare nec omnipotēs nec creatrix vnꝯ̄, ꝓpria ⁊ primaria auctoritate, dici potest, etiaꝫ vbi possit tanꝯ̄ instrumentū ad effectū creationis assumi, nullo presuppositio materiali principio, cooperante deo ad efficax suum velle. ¶ Discipulus. Expedis te faciliter ꝺ̄ cōtroversia doctorū. Si habuerit omniū potentiam anima christi sicut omniū sciēam, ⁊ si creatio cōmunicabilis sit creature. Sed quid sibi vult, hec additō in brachio suo ¶ Magister. Vsitata est transsumptō qua per brachiū significatur vis opatiua. sit in deo, sit in angelis, membris carentibus corporeis. Verum altior est perscrutatio, vt per brachium, filius dei insinnetur, sicut per digituꝫ spiritussanct⁹, vt ibi si in digito dei ejcio demonia, Opari q̄pe dicit pater per filiū, p quē omnia facta sunt ⁊ sine ipo factū est nihil. ¶ Discipul⁹. Nunq̄d si de⁹ non esset trinus in psonis relatiue constitutis, sed esset vnicum suppositum absolutū, scōm errorez iudeoꝝ ⁊ philosophoꝝ, haberet potentiā/ creaturarum ad extra pductiuam. ¶ Magister. Dici solet q̄ ad impossibile sequit quodlibet, cuiꝫ ergo de⁹ ꝓpter immensitatē suam, ⁊ infinitam cōmunicabilitatē/ de necessitate fuat (vt ita dicam⁹) in triplicē subsistentiam psonalem/ relatiuam ad intra/ alioquin nō se pfecte cōmunicaret, quia nimitū, nō cōmunicaret se nisi velut vmbratice, vel vmbratilit, ⁊ quasi pūctualiter in creaturis. Prima cōmunicatione non posita / cui⁹ vestigiū reperit de necessitate in quolibet opere diuino/ vbi relucet potētia patris sapiētia filij, amor spiritussancti. Hibile min⁹ magis ad intentionē querentis puto respondendū q̄ cū potentia ꝺ̄i, ꝓut ad extra respicit, ⁊ opando se extendit, est eadem in qualibet psonarū, ⁊ scōm istaꝫ opa trinitatis sūt omnino indiuisa. videt ex suppositiōe ꝯ̄uis impossibili sequi pot⁹ ex illatiōis consideratione/ q̄ dei potentie cōpeteret, creaturarū pductio sicut modo, in quibꝫ relucꝫ simul potentia, sapientia ⁊ bonitas creatoris. ¶ Discipul⁹. Videt pbabilis illatio. Sed cur dictura virgo beata dispsit superbos mente cordis sui/ premisit, fecit potentiam in brachio suo, tanꝯ̄ dispdere superbos/ esset oīpotentie dei ꝓpriuum. ¶ Magister. Credo legerat apud Job dūm dicētem, dispge superbos in furore tua, ⁊ respiciens omnē arrogantē humilia. Sequitur ⁊ ego pfitebor q̄ saluare te possit dextera tua ꝗsi significaret hoc esse ꝓpriū soli⁹ dei. Discipulus. Cur Maria non cōtenta dicere dispersit superbos, addit mente cordis sui ¶ Magister. Sunt qui referūt hāc additionem, non ad superbos, sed ad dispsit, vt mens cordis/ sit ipe deus dispdens. cōtorquendo morem humanū qui mente recogitat ex affectu cordis/ dū hostes pdere ⁊ eos deponendo a sede pestilētie/ humiles vult exaltare depssos. Dat enim frequenter scriptura, cor deo, vtillic, tact⁹ dolore cordis intrinsecus. Et alibi de David, Inuenit virum scōm cor meum. Et filius dicit de cor de patris genitus, cum patri/ mens seu memoria fecunda tribuit/ ab exponentib⁹ misteriū sublimissime trinitatis. ¶ Sunt alibi respondentes Mariam voluisse vehementē exprimere superbiam ⁊ intrinsecus radicatam, dicendo istos non qualicunq̄ modo nec leuiter superbos, sed mente cordis

R

sui. qualis est demonum superbia. qualis fuit hominū. diuinitatis honorem vsurpare querentium. Aut certe superbi dicunt habere cor nedū dispsum sed mentem cordis dum mens ipsa quodammodo subleuata est a corde. nec eadem/ vti fas est eis. vt in habentibus absorptum. vel ablatum iudicium. propterea deterius q̄s bestie vel pecora pressi latent. Lege si non aliter dispersos dat itelligere Nabuchodonosor. cui cor ferre datum est. humano corde mutato Quo contra dum cor humilium bene contritu est aut pulueriz̄tū/ in mortariolo penitentie seu sub duplici mola. timoris z spei. redd̄t sibi cor plus q̄s humanū. z fit vas in bonorem caput dei seu gratia plenum. Superbi fiunt tanq̄s columba seducta. non habēs cor. dicentes ex sententia. z cor meū dereliquit me. z illud. Cor meum conturbatum est in me. dereliquit me virtus mea z lumē oculorum meorū z ipsum non est mecum. Quo contra pollicet humilis christus /superbie victori Dabo ei sedē mecū in throno meo. sicut z ego sedi in throno p̄tis mei Quid oro celsius. quid amplius exaltatū

¶ Discipulus. Sentio hanc materiam vberrimam aperuisti ad loquendū de dispsione cordis. quam assiduis fluctuationibus vt in mari ferueti compellimur experiri. Sed hanc dispersionem israel mistici quis cōgregabit. quis vniet. quis sedabit?

¶ Magister. Dedit hoc intelligi palā beata Maria. cantatrix nostra. nam superbiam mente cordis sui dispersit. si taliuz opulentia fit inanis z vacua. que sine pondere virtutis/ raptatur per iania. nec gratia cor suum stabilitur/ consequens vt humilitas innitens deo fita sedeat. z vt iusticiam esuriens. iusticie fructibus sit satiata z repleta iam non ad instar arundinis vento quolibet vanitatis agitanda. ¶ Discipulus. Consequens est fateor. ¶ Magister. Talem denicz suscepit. id est sursum ad se capit/ tanq̄m puerum. qui vere israelita est. in quo dolus non est. dominus recordat? misericordie sue. Beatus ergo vir cui non imputauit dominus peccatum. nec est in spiritu eius dolus. humilem enim spiritu suscipiet gloria. Nec exemplum nobis longe querendum est. Ecce ancilla domini. cuius dominus humilitatem respexit. quam ideo beatam dicent omnes generationes. quia fecit mihi magna qui potēs est. cuius nomen sanctum. cuius misericordia in generatione z generationes timentibus eum/ qui vt timerent z preuenit z dedit Hodie sibi Mariam de seculo neq̄s eripuit. z extulit ad dexteram suam. Ita verificatam conspicimus psalmiste gloriationē quia inquit inflammatum est cor meum. Quo inflammatum si non igne quem misit filius suus in terram et voluit vehementer accendi. Et renes mei commutati sunt mirabili prorsus commutatione. vt absq̄ viri copula/ funderet operatione spiritus sancti/ prolem benedictam. Et ego ad nihilum redactus sum. scilicet propria reputatione et nescaui. Quare? Quia anima mea conturbauit me propter quadrigas aminadab/ qui spontaneus interpretatur

¶ Discipulus. Que sunt he quadrige?

¶ Magister. Sunt vel nunciationes angelice. vel raptus anagogici. hoc est sursum ductiui in diuinaz caliginem. vel penne columbe deargentate. quib? sepe assumpt̄is diluculo habitauit in extremis maris ad atria glorie celestis. etiam dum viueret Beatus igitur Marie spiritus quem elegisti christe et assumpsisti. Sequitur vt iumentum factus sum apud te. Deus enim sessor est anime sancte scōm Augustinuz Et ego semper tecum. quia deus singulariter fuit secum. Tenuisti manum dexteram meam que spiritualibus adaptatur. z in voluntate tua deduxisti me. non temeritate elata precipitasti me. Quid tandem. Ecce consummatio z cum gloria suscepisti. id ē sursum ad te sumpsisti. Scio iaz quid mihi sit in celo. Scio quid a te volui super terram. Hunc omnino defecit a se cor meum et caro mea. dum absorptuz est omne quod mortale erat/ in victoria. Deus cordis mei et pars mea deus in eternum. Propter qō magnificat ania mea dominū. Et nos magnificemus deum cuius illustratione spiritus. intelligamus que supersunt de cantico dum interim pausabimus.

Sequitur tractat?

Quintus per didragma seu dialogum. Quoniam fecit dominus Marie magna qui potēs est. Vbi prima ptitio est si Maria passibiliter mouebatur?

℣ Prima Notula.

Quia fecit mihi magna qui potens est. Discipulus. Magna planet inscrutabilia que fecit Marie domin⁹. Cupimus nihilominus scrutari, si magnificans anima Marie dominū / passionaliter mouebatur ad eum. Fuit enim absq; vlla dubitatione sapientissima atq; virtuosissima. Passiones vero non cadunt in sapientem scōm Stoicos, quorū in hoc doctrinam / multi christiani presertim anagogici anachorite / secuti sunt, dicentes virtuosum si perfect⁹ est / ad nihil passionabiliter affici, immo consequitur impassionabilitatem, circa res corporeas, tam in concupiscibili q̄m in irascibili, ℣ ad hunc finē suas dirigebāt intentiones. Et hoc ipsum collationes patrum, ℣ Climac⁹ ℣ Bernardus in scala triginta graduum manifestant. Sed in contrarium est textus euangelij, narrans ipaz doluisse, de quo dolore prophetauit Symeon, ℣ tuam inquit ipsius animam pertransibit gladius, quod in passione filij se presente ℣ dolente, scōm doctores effectum est. Magister. Amplissimos sinus habet questio tua que de passionibus est, super quibus habes opuscula specialiter edita, conformiter ad philosophos ℣ catholicos doctores. Quid igitur vis molest⁹ esse vel superfluus in querendo. Discipulus. Voueor ad tollenduz scrupulos, immo laqueos magnos, qui proueniunt conscientijs timoratis / ex lectura taliū doctrinarum, que / tepidos ℣ vitiosos nominant omnes monachos / nisi vicerint ℣ eradicauerint funditus huiusmodi passiones aut saltem toto studio conentur ipsas euellere quod assequi plures reputant impossibile ℣ frustra niti, cum audiunt apostolum conscium arcanorum dei / protestando gemere, Sentio aliam legem in membris meis, in quibus scilicet est anima, repugnantem legi mentis mee. Et iterum. Caro concupiscit aduersus spiritum, ℣ spiritus aduersus carnez. Consonat cum experientia vox cōmunis doctorum, q̄ primi motus non sunt in nostra potestate, dicēte Augustino. Non est in potestate nostra, quibus visis tangamur. Est autez conquisitio specialis de pulcerrima ℣ speciosissima mulierum Maria, si motus suos omnes / habuerit in sua potestate ℣ quousq;. Utrum videlicet non potuerit non dolere visa morte filij. Et ita de reliquis passionibus quereretur per apprehensionem obiectorum variorum sub conuenientis ℣ disconuenientis ratione. Cum dicerit christus. Tristis est anima mea vsq; ad mortem, qui tamen fuit incomparabiliter virtuosus. Magister. Altior est inquisitio tua q̄ estimetur a pluribus / qui ō passionib⁹ / ℣ peccatis / ℣ motibus primis / loquūtur assidue, posset initium perscrutationis accipi a pluribus, q̄ de passionibus loquuntur ℣ motibus primis ℣ peccatis. Nihilomin⁹ vna placet ad presens, quasi narratiua triplicis processus qui fit in hominibus, proportionabiliter ad triplices hierarchias angelorum, ℣ tres gradus hominum, animaliū rationabiliū ℣ spiritualiū. Accipe primis puerulū vtentem solo sensu, ℣ non ratione nec spiritu. Accipiamus alterum vtentem sensu et ratione, sed non spiritu vel mēte. Accipiamus tertium vtentem sensu ratione ℣ spiritu. Discipulus. Sub primo ℣ tertio gradu / vidimus ℣ legimus homines exister, sed de secundo non ita fit perspicuum, q̄ aliquis possit vti sensu ℣ ratione sine spiritu, cum spiritus sit eadem res cum ratione. Magister. Nonne similiter in quolibz homine sensualis anima ℣ ratio, sunt eadē prorsus anima scōm cōmuniorem ecclesie doctrinam ℣ tamen reperitur in vno homine, vsus anime sensualis vt in pueris, in quibus nullus est vsus rationis. Ita nihil videtur incongruum, si dicatur q̄ aliquis vtatur ratione qui pro tunc non vtitur spiritu vel mente, quia diuersas habent facies spiritus ℣ ratio. Spiritus autem sola diuina ℣ eterna. Ratō ad temporalia respicit ℣ creata. Discipulus. Holo contendere de possibilitate rei, quia scio posse per intelligentiam sic accipi tanq̄ ista, sensus, ratio, ℣ spiritus essent reali, immo locali distinctione diuisa. Perge quo tendimus ad euidentiam propositę questionis. Magister. Consideremus in puero tria per ordinem in potentijs sensitiuis q̄ de solis vitalib⁹ ℣ vegetatiuis nihil ad pñs plus q̄ ō plātis in q̄b⁹ nō solem⁹ ponere passiōes nisi forte p trāssūptōez ad aīata, dicim⁹ ei prata ridz, letāt segetes, horz hiemē tra, fugiūt

se contraria. desiderant se z vniuntur simi/
lia ¶ Discipulus. Sequamur vsum. pri
x um lo quēdo de passionibus quas dicim⁹
esse in sensu ¶ Unde passio describitur q
est apprehensio sensualis conuenientis vel
disconuenientis presentis vel absentis.
Magister. Supponam⁹ hic z nūc descri
ptionē hanc passionis quasi causalem cuz
declaratione vel suppletione. z dicam⁹. q
in anima sensitiua pueri qualis itelligi po
test anima Marie dum cecinit. Magnifi
cat anima mea dominū. inuenimus z app̄
hensionem z motionem z executionem. et
hec vel in potētia vel in habitu vel in actu
Sed loquamur de actu z exemplificemus
in vsu. ¶ Puer itaq; dum mater ostendit
vbera/apprehendit per visum z sensuz cō/
munem z fantasiam. Deinde si esurit/seq̄/
tur ad hanc apprehensionem/motio que/
dam desiderij. nedum naturalis sz sensua/
lis z animalis. z si non eget cibo/sequitur
aliquando motio fastidij cuiusdam. Tan/
dem tertio si non fuerit impedimentū/cōn
sequitur executio/mouendo membra. ad
sugendum vbera. vel ab eis diuertendo
¶ Discipulus. Quottidie videmus hec
tria. tam in pueris q̄z in animalibus brutis.
Sed quod istorū triū nominatur formali
ter z proprie passio. ¶ Magister. Certe me
dium. scilicet motio interior. consequens
naturaliter apprehensionem ¶ Discipulus
Non est igitur passio formaliter apprehen
sio. ¶ Magister. Hoc vtiq; verum est sed
causaliter. quia passio formalis/causatur
ab apprehensione. sicut z passio risus exteri/
or ponitur pro effectu passionis. dicendo
puer ridet. Ita sumitur aliquando nomen
passionum a causa formali. vl' etiam exem
plari extrinseca vel a materiali siue obiecta
li. vel a signo. Nihilominus passionis de
scriptō formalis est p motionem. cōsurgen
tem ex apprehensione cōuenientis vel disco/
uenientis. presentis vel absentis. Quod ab/
sens apprehenditur tanq̄z presens. si non re. ta
men intentione vel specie. Sed vtrum ap
prehensio cōuenientis cum conueniente.
sit ipsamet motio licet sub alia ratione. re/
ducitur ad problema de quo nil ad presens
Sufficit hic supponere q passio dicitur
motio talis quam fecit apprehendens ob/
iectum suum sub ratione cōuenientis vel
disconuenientis. executio sequens in op⁹
dicitur effectus eius. Ex quibus patet cō/
festim intellectus preinductorū verborum
Augustini dicentis q non est in potestate
nostra quibus visis tangamur. Accipitur
itaq; visio pro apprehensione z tactus pro
ista consequenti motione. de qua dicūt do
ctores q primi motus non sint in potesta/
te nostra. ¶ Discipulus. Nulla dubita/ y
tio fit quin ad pueros. vel alios homines
impotentes vti ratione/vera sit ista regula
q primi motus nō sint in potestate nostra
plusq̄z in bestijs. q̄q̄z sit valde difficile in
hominibus reddere causam cum habeant
rationē iūctam eis. quid sit illud quod ipe
dit vsuz rōis. ¶ Magister. Multa p̄terim⁹
que querēda sunt alibi. q̄tenus ad rez/sub
compēdio veniam⁹. quam rem/nemo tam
retrix inquirit ⁊ rapit. ¶ Adauge dolos tuos o libidinosa cupido Interroget curiositas tua cor eius in plimis. Si mallet damnari q̄z offendere deū sponsum suum. redēptorē suū. de quo gl'iak. Si mallet subire mortē aut incendi/q̄z frāgere ie iunū. vel incurrere carnis lapsum Quic q̄d elegerit irretiem⁹ eū. vel arroganti mē dacio. si penā ꝓposuerit inferni vel incendij. q̄ si postposuerit/iā peccauit: q̄a peccare preelegit Adde si videris ipm in mlt̄is deficere. dic blandiens. nō cōcutiāt te defectus isti frater. permittit eos deus in te ad hūilitatis custodiam. ne magnitudo ꝑutū te extollat. Habes in paulo sīle de stimulo satbane ꝓter magnitudinem reuelationū Capiamus eū ⁊ illaqueabimus vt defectus ꝓrios iā nō laborer corrigi. sz in illis audeat etiā gl'ari. Sit rursus tuū. o blasphemia. sor̄or inertis desidie machinamentū. sit cogitatōes immittere. q̄les nec hoīes secl'i. nec meretrices dignarent admittere Pudeat ipm qui tātus est in oculis suis/pudeat ⁊ indignet ⁊ irascat. supbiēs etiā in deū ⁊ scōs angelos eius ⁊ scōs. ⁊ desipet tandez se ipsum. ¶ Suaderē vobis inq̄z q̄ttuor sodalibꝫ mihi c̄arissimis. sup hmōi solitarijs/in alia discrimia deturbandis. sed ea quotidiana q̄si domestica pretereo. in curiositatem pscrutatōis vite aliene. negligentiaz ꝓprie vite. videre festucā in alieno oculo. nō aduertere trabē in suo. Ceteros spnere. sibi suaq̄z placere. Rumoribꝫ nouis assidue agi. ⁊ suspitionibꝫ temerarijs inhętari. Proinde minus oibꝫ hōibꝫ. alacres spū. minus esse patiētes. plus sui amatores. plus sordidos alior̄z mala tenētes Agite postremo sodales fidelissime mihi quatenus istos exhibeatis solitarios. tādem mihi sīles fieri. Solitudinē odiāt. fiant dispersi mente cordis sui. fiāt gyrouagi ⁊ pfugi. fiāt instar caynagi ⁊ pfugi Quid em̄ magꝭ ꝓriū est mihi. q̄z eē gyrouagū. circuire terrā ⁊ pambulare eam. Hec nequā spūs At ꝑo q̄d te agitas frater. q̄d turbaris. cū iam sīlētiū pati nō potes actenus obseruatū: ¶ Discipl's Nūc ꝓrsus inspicio. qm̄ vndequaq̄z miser suz. ⁊ miserabilis. nec q̄d agā. nec quo me ꝑtā scio. Ita cōclusus suz inter angustias. ex impulsibꝫ satbane numeratis. pīertim in vltimis. vt merito tedeat aiam meaz vite mee. Nolo tū despare memetipm. sed auxiliaria potius documēta querere. Itaq̄z fraudes ⁊ laqueos inuestigasti. tuū sit remedia tradere cautelas ⁊ auxilia ¶ Mgr Si hūanū pstolaris auxiliū. falleris. Illud em̄. nec pspicuū est nec validū. marie aduersus aereas ptātes. Est vita hominis milicia sup terrā. Aduocādi sunt milites angeli boni ꝫ nequā hos spūs. Plures sunt. fortiores sūt. sapiētiores sūt absq̄z vl la⁹patiōe. feruētiores in iuuādo q̄z alior̄z malignitas in impellēdo. nūmō assimus nobis ipis. nec vltra pellamus eos aduiz tores tam sedulos beniuolos ⁊ certos Discipl's Hoc est pfecto potissimū qō flagito. qō ab eis peto dari mihi/ne repellā eos Cupio piter ⁊ depcor. q̄tenus impulsiones suas quibꝫ instigāt nos bene agere/studueris apire ¶ Mgr Si de custodia angelor̄z/precipue singulor̄z/qui dantur singulis ab exordio. si de suis officijs singillatim. conarer apire. que sub exemplis leguntur in scriptura sacra. queq̄z p hystorias. q̄ subinde p doctores sacros tradita sunt. supflu⁹ imo vanus iure dicerer. res suscipiens supra vires. Attamen ne tot⁹ obmutescā. q̄si spernēs precē tuā. eligā vnū. sua auctoritate refulgēs exemplū. Deinde p ꝓsideratiōes aliqs/pauc̄z ꝑsibꝫ ꝓprehensas. curabo nos aduersus diabolicos insult⁹ reddere doctiores. Discipul⁹ Gratus audiā ⁊ attent⁹ Mgister Petr⁹ p⁹ tot ꝓpetrata ꝑutū ĩsignia. dormiebat in carcere. vinct⁹ catenis inter duos milites Cipus iste est ꝓpiani licet egregij meritz. q̄ p herodē istū satban. gl'iantē in pellibꝫ que palliāt nequiciā suam detrudit in tentatōis horridū carcerē. discrimē imminet mortz. nisi q̄ orante ingiter eccia fit q̄d sequit. Angelus astat. fulget. pulsat surgere clamat. Solut⁹ ⁊ eductus libertatiq̄z relinq̄t. ¶ Discipl's Placet metri ꝓpēdiū q̄ septem. angelico scō facta ministerio ꝓplecteris ¶ Mgister Solerter aduertis. Extimo non grauaberis si ꝓsideratiōes pauculas/rursus ita ꝑsibꝫ ligauero sup cautelis. quibꝫ agere nos oportet. ⁊ pus facere q̄d i nob ē. gallice (fay ce que doꝺe) ¶ Disc' Nō grauabor. nec leuitati deputabo metrū. q̄le freq̄nter in psalmis ⁊ canticis ꝓphe sumpserunt Mgister Imo nihil apō vertres phos serios⁹ius metro fuit. Accipe q̄ dogmata

septem. Pensa quis finis ꝓprius ꝙ sit status ois. A sathā impelli sperās fac iussa. timēsq; Magnifica dñz. dic o me suscipe ꝓpe Vixeris hic z nunc velut. hic z nunc moriturus. Viue pius. purus. velut hic z nunc obiturus. i. obuiā christo iturus ¶ Discipulus. Et si piuocet me auiditas expositiōis latioris. nolo tñ esse molest⁹ exactor/post tam multiplex eloquiū p te nunc habitū. Cōseruabo iterim oia ꝓba hec ꝙferēs in corde meo. ꝙsq; altera nos collocutio. ꝙgreget in idipm. ꝙsq; ꝓtereā centilogiū de impulsiby accepero. Dgr Fiat vt vis. z in eo bñ vale. ꝙ depo suit potētes de sede z exaltauit būiles.

Sequitur tertia par

tirio de septē modis gñaliby angelice custodie. per notulas. lxxxiij.

Exaltauit humiles. Discipulus Cōuentōis huius nr̄e diē. z locū prospex faciat/istorum btōz btissima ista p hūili tatē singulariter exaltata. cuius est h verbum Et exaltauit būiles. ¶ Dgr Fiat. tu ꝙd affers colloquiū post triduanū hoc silentiū? ¶ Discipl's Perlegi tuū sup impulsiby cētiloquiū. Experior illud esse cōnexū ꝓxi nr̄e collationi. desinit i auxilio bonoz. ꝙ apostatas angelos nobis in h exilio. vbi etiā filius dilect⁹ nihil differt a suo cū sit dñs oim. sz sub tutoriby ā gelis z actoriby est vsq; ad prefinitu z tps a pīc. ¶ Dgr Bene est. bonos tutores hz iste filius. ¶ Discipulus Istic nēpe sum⁹ cognoscere ql̄ia sunt adiutoria bonoz. ql̄ia ministeria ql̄es pulsus aut immissiones Nemini vero te nudiustertius septē officia numerasse. sub tropologia liberatōis petri. Angelus astat. fulget. pulsat. surge re clamat Soluit z eduxit libertatiq; relinquit. ¶ Dgr Non errat recordatio. Scis ne memoriter. additas simul. vij. ꝙsiderationes ad tutelā nrāz. sub ꝙdrupli ci versu. ¶ Discipl's Nimiz sic ꝓtinent. Pensa quis finis ꝓprius ꝙ sit status ois A sathā impelli sperās fac iussa. timēsq; Magnifica dñm. dic o me suscipe xpe. Vixerꝫ hic z nūc velut. hic z nūc moriꝫ⁹. Sps esto pi⁹ velut hic z nūc obitur⁹ Dgr Scires adaptatiōez facere. vij. ad vij. reddēdo singla ānglos auxilia. singulis ꝙsiderationiby aut doctrinis? Discꝫ Lupio securius ex te ꝙgnoscere. simul vt abbreuiatior fmo fiat Dgr Ceptabo sic efficere. pariterq; reddere totuz marie canticū ꝙsonās dictꝫ nr̄is Itaq; taliter accipe sūmatim ꝓtio Debinc āplior ꝙsitionis erit loc⁹ ¶ Angel⁹ astat. vt pēsem⁹. h est pōderem⁹ z librem⁹ i trutina cordis. ꝙs fit finis. Si ei sathā adest nob vt nocear. ꝙs ferret/si ñ ꝙ staret ā gel⁹ bon⁹? Sic ꝓterea q̄rit iste sathā claudere. vel eruere penit⁹ oc'm fidi ne recogitem⁹ finē nostz ꝙ de⁹ est. ꝙueniēs est vt ā gel⁹ bon⁹/sanet z illūinet oc'os cordis. in viā z i finē pacis. hec de prio. ¶ Angel⁹ astās/fulget in carcere mortꝫ hui⁹. vt nouerit vnusq; positus i tenebris q̄lis su⁹ sit stat⁹ ꝓxi⁹. Sūt ei iuxta q̄litates morboz singloz/q̄litates auxilioz ¶ Angel⁹ astās z fulgēs. pulsat incitās ad bonū. Scit ei gñal'r oēs z h nos scire facit/a sathā impelli. Dū em̄ scit pic'm. solicitudie maiori fugit ad auxiliū ¶ Angel⁹ astās fulgēs z pulsans. iubet surgere velociter. Hoc aūt implet. dū spando. dīna mādata fuat. Alioq̄n iacet obrut⁹ in pcis ver⁹ hō nr̄. de se despans. aut nō cū minori discrimine/nimis spās seu pīsumēs ¶ Angel⁹ astās fulgēs pulsās surgere iubēs/soluit a catenis vicioz. vi ctū in medicitate z ferro. Cōcussus ei tiore castor scō/cū gta dñi magnificatiōe. iā se pricingit virtute actionis. iā calceat caligis ꝑceptoz in ꝓparatiōez cuāgelij pacꝫ ¶ Angel⁹ sextū pagit officiū/dū astās. p⁹q; fulsit. pulsauit/surgere iussit/z soluit/educit extra carcerē. Aprit vltro portā ferreā pīne. trāsit vicū vnū/satisfactōis arte z directe. ¶ Angel⁹ tādē. sic eductū. libtati derelinqt Quo facto sic sane deinceps q̄ retro sūt obliuiscēs. libat⁹ in anteriora se totus extēdit. Reuersus ꝙdē ad se/do gt⁹ z āgl'o suo/ot ex snia. Hūc scio ꝓpe. qz misit de⁹ āgelū sūū. z eripuit me de manu herodis. z de oīi expectatiōe plebis iudoz ¶ Discꝫ. Delectat simul redificat adaptatio. Necꝫ curiosi tati deputād⁹/iste mihi ꝓpe breui⁹ z lucid⁹ ordo Addiderꝫ qō spopōdisti Dgr Intellige ꝓpus quēadmodū qttuor ꝓma/spectāt ad oēs gñal'r ꝙ purgāt. spectāt alia duo magꝫ adillūiādos. tā qꝫ pficiētes. septimū ꝓprie q̄rit educt⁹ z p fect⁹. Porro cāticū nrz sic adapta Sciuerꝫ vt scis. qm̄ finis vniuerse rōnal' create ꝙsistit in magnificatione dñi. z q exultet

ſpūs in deo ſalutari ſuo. Quid eſt enī beatitudo/niſi dñi dei nr̄i ſalutar⁹/magnifica iocunda⁹ fruitio. bonor⁹ t colaudatio? Hoc p̄mū. ¶ Tetꝫ reſpectus hūilitatis. ꝓſideratio t cognitio ſtatus ꝓpr̄ij t ꝓditōis in vnoq̄z. hoc ſcōm. ¶ Jn hoc p̄ inde q̄ facit nobis magna qui potēs eſt. q̄ beatificat apud alios Cōcludimus/q̄ dñs eſt in circuitu p̄l'i ſui. q̄ immittit angelus dñi in circuitu timētū eū. ℨ tot gr̄ rouagos demonis impulſus. hoc tertū. Rurſus ex ſcificatiōe nōis ſui/dum dat ſpem t impletiōem mandator̄ dei velociter inclamat/qui p̄us aſtiterat/illuxerat. pulſauerat ad deū/ad nos/ad aduerſarium ſolerter ꝓgnoſcendum ¶ Subſequitur q̄nto. timor dñi liberās a pcō. timor enī dñi/expellit pcēm teſtimonio ſapient⁹ Sed ne ſeruilis ſit aut viliter mercenarius timor/magnificat ipe gratis dñm. recogitās q̄m mia ei⁹ a p̄genie in p̄genies timentib⁹ eū Conſurgit aūt timor dū aīa nr̄a ꝓſiderat hūanā miſeriaz/ſi ſeuere faciat dñs potentiā in brachio ſuo. ſi ſuperbos diſpgit mēte cordis ſui. deponit potentes de ſede. ſi diuites dimittit inanes. q̄s non extimuerit? ſi ex ꝓſideratione ſue mīe. q̄s ip̄m nō magnificauerit. q̄ timentib⁹/veniā dat. q̄ hūiles exaltat. q̄ eſurientes ſaciat t ſaluat. ¶ Suſcepit p̄terea ſexto dñs iſr̄l' pueꝛ ſuū. illūinatū. pulſatū. ꝓmonitū. abſolutū. ſi dixerit. dñe Jhu ſuſcipe ſpīm meū Dū ꝙo ſuſceperit/q̄s de manib⁹ ſuis eripiat eū. Dñs qui iuſtificat. dñs qui ſuſcipit. q̄s eſt qui cōdēnet/aut q̄s abūciat? ¶ Poſtrēo ſpūs ita ſuſceptus in manib⁹ ſaluigardie. i. ſalue cuſtodie x̄pi/ſuoq̄z libertati derelict⁹. poſt oēm herodis expectatiōem. q̄d ſupeſt. agat ille qui ſpū dei agit. qui iam pſpicit vltra in lege pfecte libertatis. q̄ nō timore ſupplicij. ñ ſpe p̄mij trabit. ſz ſuaui iugo x̄pimentē ſcām ſpōtaneā totam ꝓtulit ad honorē dei t patrie liberationē Recordatur pfecto ſoli⁹ mīe dei. dulce hz in lege dñi meditari die ac nocte. ſicut locutus eſt ad abrahā patrē nr̄m t ſemini eius in ſcla q̄ eſt x̄ps. Hoc deniq̄z eſt pfector̄. ſicut alia ſunt illor̄ q̄ pficiūt aut incipiunt. Nūc p ſingula diſcuram⁹ angelor̄ miniſteria q̄ tacta ſunt circa petrū ¶ Angelus aſtat. Cur ita? cur ſi nō vt aſtare cora̅ deo nos faciat Deo aūt tunc aſtare nos tradit dionyſi⁹/cū caſtiſſimis oratoribus inſiſtētes. reuoluto animo p̄pinq̄mus. credētes q̄m ipe eſt dñs deus ſalutaris nr̄. innitentes ei ſicut litori fixo. tracti a magnete virtuoſo ¶ Aſtās ꝙo tūc Refulget angelus. cū nos edocet/cuius ꝓditōis t ſtat⁹ t hūilitatis ſum⁹. q̄ten⁹ inſpiciat deus hūilitatē ancille ſue aīe nr̄e. noluerit ip̄a q̄d ſe q̄rere ꝓueniat. Nō enī oīb⁹. oīa eq̄liter licent decēt t expediūt. Totū paſtorale gregor⁹ ꝓtextū/eſt in hmōi documēto Propterea trāſeūtes. inducam⁹ q̄ttuor induſtrias/ſpecialiter aſſumēdas ℨ aſtutias ſathāe. fundatas ex locis dialetic⁹. q̄b⁹ hoīes ig/naros p̄pr̄ij ſtatus/conatur auertere. vel mutādo dū bñ ſunt. vel retinēdo ptinaciter ſtatū. dū male locati ſunt ¶ Locū aſſumit ab auctoritate. ſz applicat ſiniſtre Locū ab exēplo t ſil'itudine. ſed diſſimiliter. cū nihil in p̄ſona vel re nr̄a. Locū ab inductiōe. q̄ten⁹ p̄cipitet in iudicia falſa t temeraria. Loc⁹ deniq̄z ſub trūcato entimemate. minor ſua nō apoſita vel explicata ¶ Scit ei q̄ ex minorib⁹ ſeu pticl'aribus p̄miſſis/tota pendet difficultas illa tōis Fallit ſe volūtas ſepius in hac argumentatiōe. dū p̄tato aliquo obiecto gñaliter ſub rōe boni/ꝓfeſtim fertur in illud attēptandū. nō diſcernēs in pticulari. q̄ vel q̄le ſit illud bonū. Dicit rō ſuccurrendū nēcitati p̄pr̄ij corpis ſui. Comede t bibe iubet volūtas. Volēdus eſt deus. tenete igit' in hac religiōe rñdet volūtas. Dicit rō maledicti ſunt q̄ viā pac⁹ p̄pediunt Rñdet volūtas. q̄ maledicti ſunt q̄ viam ceſſionis huius p̄tendent⁹ de papatu non inq̄runt ¶ Notū eſt/q̄liter loco ab auctoritate abutebat apoſtata Julianus. x̄pūs dicit Niſi q̄s renouauerit ꝛc. Jmo ſic diabolus auſus eſt dicere x̄po. Scriptū eſt Angelis ſuis ꝛc. Nō habemus neceſſe. lōge morari. q̄ ex ip̄o ſumpſerūt oēs deceptiones hereticor̄ exordiū. matīe duz q̄rūt hoīes vltra ſapere q̄z diuiſit eis de⁹ mēſurā fidei vel doctrine. dū fieri volūt magiſtri qui nunq̄z fuerunt diſcipuli ſacrarum litterarum interpretes. qui nunq̄z dicerunt illas. ¶ Adiecit igitur diabolus aliud machinamentum efficatius ex hoc loco p auctoritatē/fieri trāſlatiōes varias p̄o vulgaribus idiot⁹. quib⁹ habitis t lectis in ſuperficie. contemnunt mox ſacros expoſitores Nolumus inquiūt niſi

tertum nudum. quem tradidit spūssc̄us. Tandez reddūt ipsuasibiles. neqz sibi reliquūt auctoritatē pōd⁹. vñ valeāt ad veritatis cognitionē illustrari. ¶ Leteqz de locis ab exēplo z sil'i. tot sunt experimēta fallaciaꝝ. qt boīm capita. dū qlibet assecꝫ vult quēlibet. dū exēplo ōt se viuere taliū z taliū/qs agpbat aut cāonizat eccīa. vl' q supiores eoꝝ sunt. q rēores. q doctores q laudati Quid facit fili⁹ aiūt nisi qd viderit patrē faciētez? Patres tm optimos ipsi nolūt sz pessimos hoc exemplo sequi Vor alioꝝ est Paul⁹ se laudauit. Paul⁹ visiões ī raptu suscepit. cur ñ pōt mō dñs in talib⁹ z talib⁹ sil'ia opari? Hinc pfictio ꝓphetiaꝝ. hinc miraculoꝝz admonitio. Hinc etiā adoratio damnatoꝝ boīm in populis. Testis est mihi legenda. imo ō adoratōne canis mortui visū est in vienna Caueat igit scā sedes Romana. caueat in ea sedēs papa. qb⁹ argumentꝫ. z causis z medūs/canonizatio alicui⁹ sit faciēda ¶ Discipl's Cognita sunt oīa q loqrꝫ. etiā ꝑ infelicissimis diebꝫ nr̄is Necꝫ de loco p inductionē nēe babes exempla ponere. qz quotidianis suspitōib⁹ ꝑobis/ꝫ status varios/militat p ip̄m demon p sertim apd solitarios z deuotos in oc'lis suis. vt dānent ceteros oēs Diabol⁹ ōt ex pticularib⁹ inspectis. defectib⁹. gñalez inferāt ꝓdēnatōis snīam At ꝙo difficultatē hūs maximā qdruplex ille fallēdi locus q rōe vitabit. Dicūt isti. Si glosas recipit textus vnus scpture/cur nō alt⁹? Si licuerit istꝫ glosas addere/cur ñ nos inquiūt. aut cur nō eadē facilitate respuimus eas/sicut doctrinas apocriphas? Quo pacto igit fiet distinctio inter miracula vera z falsa Inter reuelatiōs veras z fictas Si canonizata est hec psona. ꝓpter attestatiōes miracl'oꝝ z austeritatē vite. cur nequit hoc tpe fieri sil'e sub sil'ib⁹? Mgr Habes alibi tractat'. q ad istas. q q̄tidie fiūt obiectiones/respōdere conāt Sz apd pl'imos. neqz talis sufficiet rūsio nec puto q altera. sine gtuito miraculoso qz dei dono Olim dum scriptis z ꝓbis oñderem. q in istis non potest tradi ars vel regula ifallibiliter būanit⁹. inducebā argumentū quo se fundat achademicoꝝ ambiguitas/dicens nihil sciri. imo nec hoc sciri q nihil scitur Argumētū est de distinctione dormientis z vigilātis. duz se videre putat dormiens. similiter ad vigilantem. z hoc cum ratiocinationibus multꝫ z reflectionib⁹ quib⁹ dicit sepe sibi. Tu non dormis. Ecce talia z talia facis z inspicis. Tu sumnuz tuū alīs narras z recolis Est aūt vigilantis ait Seneca narrare somnia sua Ita somnians hec z talia nūqz agit Porro suppetit in hac re/visitatio petri quam tractamus. De ipso quidē vtiqz vigilante scribit historia Luce. Nesciabat verum esse quod fiebat per angelum. existimabat autem se visum videre. ¶ Discipulus. Cōcludo magꝫ qm̄ necesse sit nobis in his tenebris z vmbra mortis/angelica visio simul z illuminatio/cuz ista que intimo sensu z gustu docet de omnibus spiritussancti vnctione. ¶ Magister Iure concludis. iure consulimus nos assidue per deuotionis oratione m/sub hoc duplici refugio supplici ter humiliari. q̄tinus veritas nos exaltet ¶ Angelus astat. Pōt immoñto in ictu oculi nr̄ angelus/a summo celo deorsum nobis astare. q nihilominus sp astat ōo bēfica visiōe. Nō deserit exēplar eternū/dū venerit circa nos opari. ꝓsulit nō min⁹ diligenter. qz sue actōis regulā cē scit z artē directiuā. Fit aūt aliqñ custos angelus longe a custodito. nō p ignorātiam. ñ p negligētiā suā. sz ꝓpter maliciā nr̄az. cui dedignat astare. Fit ꝫ aliqñ p dispensatiōez/ad expiētiā nr̄e colluctatōis cum aduersarijs nr̄is Dū em̄ angeli boni qui iuxta nos erāt de longe steterint/fit qd se q̄t Et vim faciebāt q q̄rebāt aīam meam Et q inquirebant mala mihi locuti sunt vanitates z dolos tota die meditabātur. Fit tūc angelus nr̄ adiutor in oportunitatib⁹ in tribulatiōe facit cū temptatione ꝓuentū. Erudiuit em̄ prius qd agere cōueniat tpe cōflictus z impulsus ¶ Disci. Ope preciū est ꝓgnoscere/qb⁹ doctrinis armat angelus bonus suos stare contra diabolū in die belli. ¶ Magister. Multi multa scripserunt in enigmatibus z figuris z similitudinibus varijs/corporaliter pugnantium. Tu quoniam scolasticus fuisti/gratātius puto recipies/si exē plū q̄si familiare de scola tibi tradidero. Cōstitue sathanā q̄si sophistā. cui⁹ ꝫ totū studiū est fallere. nō querit sapiēs esse sz videri Vñ vt decipiat/garrul⁹ est. multa petit. Celat proposituz suū. z inuestigat

alienum. sophisticus p omnia. Tu econ
tra doctus ab angelo bono. cautus esto.
nõiatim in quattuor. disserem⁹ postmo
dũ de reliquis. Primo velis nõ videri sa
piens sed esse. Sapiẽtis aũt precipua cu
ra est/ finem respicere. Secũ pauca cũ ad
uersario loqui. vel ex toto silere. Certum
habe tertio ꝓpositũ suũ q̃ te q̃rat decipe.
nõ docere. Certũ sit q̃rto ꝓpositũ tuũ nol
le veritatẽ diserere. Discipulus Discur
re summatim de singulis. Mgr̃. sapi
entia xp̃ianoꝝ est id ipa nõ solũ nõie ꝓfi
teri se xp̃ianũ. Hoc q̃ bona fide quesierit.
hoc qui cupierit vt malit esse bonus q̃ vi
deri. exẽplo cathonis queniet ad optatũ.
iuxta socratis documentũ. Aduero spũs
disciplĩe effugiet fictũ. ipocritã scz. z de
luforẽ ipe deludet. q̃ deludi sinet. Eligit
talis seruire duob⁹ dñis. Ingredi terraꝝ
viuentiũ duab⁹ vijs. fit ꝓterea incõstãs.
fit arundo semet agitãs. fit cũ garrulo so
phista se similiter in oĩb⁹ effluẽs. deserit
cautelã secundã silentij. In silentio aũt z
spe est fortitudo nr̃a. Obseruatio silentij
q̃ nãcaria sit/ notauit rex penitẽs. Ego in
quit tanq̃ surdus nõ audiebã z sicut mu
tus nõ aperiẽs os suũ. Vulgata veritas
est/ femina q̃ auscultat/ z castrũ qõ loquit
nesciunt diu stare. Possum⁹ addere de cu
riositate alterius cuiuslibz sensus. Cua si
clausisset aures ad prũmã diaboli curio
saz interrogationẽ. q̃ p Cur incepit. Si
mor ꝓfugisset ad mariti ꝓsiliũ/ supasset
tẽptatoꝝ astutiã. Exẽplo cuiusdã matro
ne. que dũ impeteret ab adultero. queraz
inquit a marito meo/ si tibi consentiam.
Probe quidẽ. si ꝓbo suo/ cor z opatio p
tinus iungebãt. alioq̃n procacitas dicti/
plus accendit adultez. diuertere se ꝓtin⁹
z silere/ cautũ magꝭ. Fulciam⁹ etiam ex
aliũ fabulis dogma nr̃m. Vlpes z cat
tus dũ in nemore fuissent obuiã sibi. au
dierũt alõge sonitus venatoꝝ z latratus
canũ. Cõtremuerunt mutuo inq̃rentes
qualiter euaderẽt. Nescio inq̃t catt⁹ nisi
modũ vnicũ. Spernens eũ vulpis asse
ruit se habere modos mille z mille p cir
cuitũ. Facta est interloquẽdũ irruptio ca
nũ. catt⁹ exiliuit ĩ arborẽ. vulpis/ canuz
morsus/ plurima circuitiõe deludẽs diu
tandẽ ꝓhensa/ docuit saltũ catti vni
cũ/ plus ad euasionẽ valuisse. Nec nos fa
bula respicit. sp ad arboreꝝ ad quã docet
sapientia ꝓfugiamus. nõ tã motu corꝑis
q̃z pũ cordis. Dam⁹ aliq̃n aliqõ tale salu
bre ꝓsiliũ. qõ dũ preterim⁹ decipimur. Ex
emplũ doceat a parabolis sumptũ. Vidi
ficabant palũbi siluaꝝ/ in arboꝝ ꝓcerita
te more suo. circuibat vulpis ad radices/
se ꝓminãs ascẽsurã/ sẽ nidos oẽs cũ feti
bus direpturã/ nisi pullul⁹ sibi pũceret
vn⁹. Trepidantes palũbi/ agebãt qõ pe
tebat z abibat. Reuertebat ad silẽ. quisq̃z
passer dato palũbis consilio ꝓtinere se ni
dis suis. vlpes a fraude sua fraudata est.
Sz in passerẽ ẏtit insidias. nõ viribꝫ sed
adulatione. Erat in dumo passer. vulpis
affuit. btificãs. auiclas q̃ volatu suo se ꝓ
tegerẽt a bestijs z laqis terre. Sz h̃ vnuz
deest inq̃t/ q̃ rõe ꝫ vẽtoꝝ turbines z frigo
ra se ꝓtegãt. Voluit passer gl̃iari z ꝓcio
nari cũ garrulo. Rñdit se ꝓtectiõem hr̃e
dũ flabat boreas a sinistris. mergebat eñ
caput sub plumis ad dexterã. zẽ si a dex
tris Fingẽs vlpes se nõ satꝭ audire ꝓter
distantiã. ꝓtrahebat alloq̃ũ. Dilapsus est
passer ad ramos ꝓtimiores terre. q̃siuit
vlpes/ dũ vent⁹ flabat ab anteriori quid
agebat. Sic ait. demittẽs caput ad pecto
ris plumas. Extilũt vulpes in nõ videtẽ.
z deceptã blandicijs/ vorat rapuit. In
ducam⁹ de scpturꝭ. Oculi mei sp ad dñm
dicit ps̃. Seq̃t effect⁹ z rõ q̃ ipe euellet
de laqueo pedes meos. Et ĩ ps̃. de dauid
qui fact⁹ erat sic hõ nõ audiens z nõ hñs
in ore suo redargutões. Subdit. Qm̃ in
te dñe speraui. tu exaudies me doĩe deus
meus. Et alibi. Educes me de laqueo q̃z
statuerũt mihi qm̃ tu zẽ. Et iterũ. Proui
debaz dñm in ꝓspectu meo sp. Et rursus
Ecce sic oc̃i seruoꝝ zẽ. Discꝭ. Ridebũt
forte nr̃i scolastici fabl̃atões tuas de aui
bus zbestijs q̃ subtilia querunt. Dicẽt p
terea spectare poti⁹ ad opprobriũ rũdentꝭ
metã silẽtij si nõ audeat cũ aduersario cõ
gredi ꝓgressus nihil respõdeat. Vbi erit
preterea qõ iubeꝫ Jacobi. Resistite dia
bulo z fugiet a vobis. Et petrus de eodez
Cui resistite fortes in fide. Dic q̃ fortitu
do que laus est fugere. Time cede malis
oz apõ poetã. Sed ꝓtra audẽtioz ita vlgo
dr̃. (Qui fayt on le chasse) Qui fugit fu
gat. Mgr̃. Quid si fugerit scolastici
tui/ q̃rtã cautelã a nob⁹ hic notatã. q̃liter
accipiat crassi⁹ ridebũt. Docem⁹ vt quic/
q̃d sophista nec̃z diabol⁹ argumẽtãs ꝓclu

A

B

ſerit ꝫ bonos mores aut fidē/dicat pius ⁊ fidelis aīm⁹/ab angelo monitus/ nego ꝓſequēs. nec aliter/nec alia forma rñdeat Stet in ſua poſitiõe ſecur⁹. Uñ illud de comico agūt hões. birre⁹ ſp hõ. ¶ Diſc. Stult⁹ hic modus rñſionis habetur Mgr Atuero nullus ſapientior. nullus cautior apud xpianos rñdēdi modus ꝫ diabolū. Quicq̄d aggarriat. quicq̄d nectat. hec vna ſit rñſio fidelis aīe. Xpiana ſum Sic olim blādina martir/ſic re ⁊ nomine q̄dā ſtūs/ apō tortores pſtiterāt. vt nihil extorquere poſſz ſua malignitas ab eis/q̄z xpiana ſum. xpian⁹ ſuz. Hoc meuz nomē. meū gen⁹. mea ſors ⁊ patria. Hē tior ſi nō ita iuſſerit apl's deuitare ꝓtētiones ꝟborūq; ꝓphanas nouitates. ⁊ nō intendere genealogijs interminatis. cū ſil'ibus ¶ Diſc. Cur ergo ſcī doctores/tot q̄ſtiones induxerīt. agitauerīt. determinauerūt ¶ Mgr Habes altero opuſculo rōes ¶ Porro ꝓncipalis nr̄ fmo eſt hic de impulſibz ſecretz diaboli cū blaſphemijs ſuis. q̄ nō meli⁹ q̄z ꝓtēnendo vincūt. fugies indignās aut deridens aīa xpiana/dicat ſimpliciter/q̄ō alia dixit. pcaciter/ Quere q̄ tibi rñdeat. Dicat. blaſphemia tua ſupte. furcifer ⁊ damnate Alioq̄n ſi velit ſibi facere laudē q⁹ bñ diſſoluerit ſophiſtrias oēs neq̄ſſias. ipe ſe ſeducit. q⁹ iā ſupbies meret illudi. meret laq̄is irretiri. niſi talis ſit q̄ ꝓ ſuetudine habeat ſenſus exercitatos. tot⁹ ſpūalis effect⁹ oīa dijudicās ¶ Angelus aſtat ad recordatōez dei Fulget ad ꝓgnitionē nr̄i Pulſat vlteri⁹ tertio ad ꝓfutationē aduerſarij. Dixim⁹ ſup huiuſmodi pulſibz ⁊ impulſibz iā pl'ima. volo nūc inducere fallacias q̄tuor/ex logicalibz ſumptas/ad cautelaſ q̄tuor ꝓdictas. ⁊ totidē a locz dialeticz deceptiones ortas. Sūt hmōi fallacie. vna fm pl'es interrogatiões vt vnā. altera fm q̄d ad ſimplicit tertia fm accedēs ꝓ ꝓiugatōes inutiles. q̄rta p apparētiā ꝓdictōis ⁊ nō exiſtētiā Diſc. Iſte ſunt ꝓgnite logico. ſed q̄d ad duotū. q̄d ad morale documētū? ¶ Mgr Multū p oēm modū. Scis q⁹ extra dictionē noiant iſte fallacie. q⁹ ñ ex dictōibz ſz ex rebz ortū habēt in apparentia ſimul ⁊ defectu. Necz ꝓterea q̄ſpiā eſt ideota ſine lr̄is q̄n iſtis poſſit falli. ¶ Diſc. Induc exēpla ¶ Mgr. Subdolus impulſor. inſtar ſophiſte ꝓpōit aīe timorate/ pl'imas interrogatōes. Urget q̄tin⁹ vna dek̄ abſoluta rñſio. Ad formaz inq̄t Querit ab vno (exēpli gr̄a) q̄ ex adulterio/ q̄tiſſimuz ei optimis moribz ⁊ artibz inſtitutū habz filiū. Uelles tu deuote petre/ñ habuiſſe filiū talē? Si rñdeat. placz hūc habebere perſtat iḡres. Quid ſup adulterio dicz? ex q̄ nō aliter habitus eſt. rñde. q̄d elegēr̄ ex duobz. carere filio. vel adulterio. Si dixerit carere filio. ꝓſciētia ſe ꝫdicit. Si placet adulteriū. plane peccat. nec penitet ¶ Diſci Sentio q⁹ dāda ſit duplex rñſio placet filius. diſplicet illicitus ꝓcubitus ¶ Mgr. Cōſulte sentz. vñ ſi milies impulerit/ vt facta ꝓparatōe filij ad adulteriū. rñdeat petrus q̄d e duobz mallet. ñ oportet vt ſimpliciter rñdeat ſz diſtincte Tactus ē ꝓpus alter caſus ſup iterrogatōibz curioſis. Si doleat hō de pcco. ſic q⁹ mallet fuiſſe dānatus vel annihilat⁹. Si fugiat ita pcēm q⁹ mallet cruciari p incendium mltis diebz/q̄z frāgere debitū ieiunium aut ꝓmittere mendaciū Uitanda eſt fraus interrogationū hmōi pl'ium. q̄ impellunt rñdentē/aut ad temerariā falſam ⁊ arrogantez de ſuis viribz pſumptionē. aut culpabilē electionē. Dicat igit. neutq̄ eligo. diſplicet peccatū. horreo incēdium. nūc incendiū nō incūbit eligēdū. Quid ſi vehemēti⁹ vrgeat aliq̄s eligere q̄d agerz aduenīente caſu tali/ put erat martirū tēpore tyrānoz. Rñdeat ſe humilians ſub deo ⁊ ſcō angelo eius dicat. Dñs nō patiatur me tēptari ſupra id q⁹ poſſum. Et ſi caſus eueniret q̄lem ꝓponis/ſpero in dñi bonitate q⁹ faceret cū tēptatōe ꝓuentum. vt poſſz ſuſtinere. vel aliter q̄z p peccatuz euadere. Caueat igit arroganter p̄dicere cū petro. Etiā ſi oportuerit me mori tecuz/ nō te negabo. Dicat potius Imperfectum meū viderūt oculi tui. ſis adiutor ī oportunitatib⁹ in tribulatione. aut in talez tēptationē me ñ inducas ¶ Diſcipl's. Caute ſobrieq̄z ꝓſulis Cōfundis ex hoc curioſas inq̄ſitiōs q̄rūdaz ꝓfeſſorz ſup volūtate certa nō peccādi ſeu recidiuādi in futuz. vt dū interrogat penitens a ſe vel altero. Credis tu q⁹ poſtmodū nūq̄z cades in tale peccatū. Rñdeat. ego fragilis formido lapſum. nō tñ volo nūc vel eligo caſum. De futuro. mīe dei me cōmendo. de precās vt me cuſtodiat a peccato. q⁹ ſi ceciderit fragilitas mea. deprecor adiuuet vt

Rr

resurgat. Hec fallacia ꝑm plures interrogatiões vt vnã quãtũ video non melius euitaꝛ q̃s ꝓ silentiũ modestũ. se diuertens ad alia cogitãda. aut ꝓ distinctionez acutam interrogationũ. aut ꝓstet iuxta qõ notasti. negetq̃ ꝓsequens. ¶ Mgr. Ita est etiã circa speculabilia/fidẽ rectã tãgẽtia. ¶ Discipl's Exẽplifica ¶ Mgr. Oĩs pene deceptio puenit in speculabilibꝫ/ex defectu distinctõis z resolutionis ad simplicia. q̃ deficiente. doctor quo plus inꝺret ꝓ argumta se dissoluere: tãto plus inuoluet. z eo plus/si nõ veritatẽ ꝙz aduersarij ꝓfusionẽ ꝓ sua laude scrutaꝛ. Exẽplũ. volens vn⁹ doctor ꝓcordare simul/qũo act⁹ peccati/a deo z a libero arbitrio. Cõcludebat argumẽto ꝓ subtilitate/ñ pia religiositate/q̃ de⁹ erat cã peccati. q̃ de⁹ facit hominẽ peccare. q̃ deus vult hoĩez peccare/dũ peccat. Addidit ipe idẽ q̃ libtas arbitrij ꝓpata ad deũ/faciat ista necessario q̃ factura est. Jn opatiõe ad diuinã pscientiã/oĩa de necessitate sunt futura. alioq̃n inꝺet de⁹ posset falli. Addidit q̃z/q̃ ideo z nõ aliunde res dicũt impossibiles fieri/q̃ positiue de⁹ vult ita esse possibile. cum tñ si deus ꝓ impossibile nõ esset. impossibilia nũc/nõ essent tũc min⁹ impossibilia Addidit ꝓtingentiã in ꝺo intrinsecã eẽ. q̃ distinguere ꝓnotatiões terminoꝝ vel nesciebat vel spnebat ¶ Discipl's Tange breuit formas argumtoꝝ. ¶ Mgr. Arguit sic informa logicali. demonstrato. Sorte q̃ facit homicidiũ. vocẽt actus ille. A Sortes facit a. Et sortes hz pceptũ de non faciendo. a. ergo sortes peccat Tunc vltra Deus facit z vult totum antecedens z quamlibet partem antecedentis. ergo facit z vult consequens. qõ est illud. sortes peccat. ¶ Discipl's. Videtur in dissolubil' hec rõ ¶ Mgr. Videt si nõ distinxeꝛ aliq̃d ĩ ea. Si ꝓterea nõ respexeris ad plasphemiã insanã/vltie illatõis. q̃ de⁹ facit z vult q̃ sortes peccat. Quãto magꝭ oportuerit sape ad sobrietatẽ. vbi et solutõ ratõis latuisset. z dicere soluat eaz angl⁹ dñi z solutõz aperiat. Omĩs absq̃ dubitatõe rõ q̃ militat ꝓ pietatẽ/sophistica est. peccãs in materia vl' in forma. Qõ si nõ videat discipl's hõ. vidz doctor xps hõ z anglus ei⁹ ĩ ipo ¶ Itaq̃ dũ sõsumit doctor iste anglican⁹ q̃z ꝓfũdũ ꝓgnõiant q̃ sortes hz pceptũ de nõ faciẽdo. a. actũ l' intelligit absolute ꝺ esse act⁹ solũmodo. z tũc est falsa mior ista. q̃ sortes põt ĩ cãibꝫ multis facere. a. actũ sine pcco. sic infuria vl' in inuincibili ignorãtia Si ꝺo itelligat q̃ sortes hz pceptũ de nõ faciẽdo. a. deformiter z peccabil'r. hoc vtiq̃ ꝺm est. Sed iam de⁹ neq̃ facit neq̃ vult/q̃ sortes tal'r agat z ita ñ facit neq̃ vult añcedẽs ꝓdicte sophistrie sue. q̃ palã ꝓcludit ꝺformitatẽ aut ꝓsequẽtia nihil tenet. Cõstat ei q̃ nec de⁹ imo nec hõ potest velle deformitatẽ sb rõe deformitatꝭ dicẽte Dionysio xpho q̃ nemo ad malũ aspiciẽs opat. velle aũt est q̃ddaz opari ¶ Disc. Cui simplicitas placet. placeat z tua rñsio. ꝓsequens ẽ inditõ meo. Sed neq̃ si calũniabil' eẽt ista vl' altera rñsio/dẽret inꝓueniẽs tãtũ ꝓcedi/q̃ offendit oĩm pias aures/tã phoꝝ q̃s moraliũ z simpliciũ in q̃cũq̃ lege viuentium Dic alterã sophistriã de fatis ptigẽtibꝫ. ¶ Mgr. Accepit sic Añxps fuit heri fut⁹ z añxps nõ erit. ergo de⁹ vl' hõ q̃ credidit añxpm eẽ futuꝝ/decept⁹ ẽ. Antecedẽs est possibile z cõpossibile. q̃ ꝑma nccia z secũda possibilis. omẽ aũt possibile stat cuz nccio Jgit ꝓns possibile. qõ ipiũ ẽ ꝺ deo ꝓcedere ¶ Discipl's. Dic respõsionem Mgr distingue. miorẽ q̃ dicit. añxps nõ erit tãq̃ possibil' sit. Aut intelligis q̃ ẽ possibilis q̃cũq̃ lege posita et tũc istaz nego. Aut intelligis q̃ possibilitas ꝓpatur ad dei potentiam absolutã secluſa omni lege seu ꝓpatione. z sic ꝓceditur. sed negat cõsequẽtia. q̃ ergo credẽs ãtixpm futuꝝ ex fide sit deceptus de facto vel de possibili. Rõ est clarissima. q̃ in maioꝝi non credidit aut sciuit aliquis antixpm fore/nisi ꝺ lege ordinata. sciens q̃ de absoluta potẽtia de⁹ nõ posset facere ãn potentiã haberet vt antixps nũq̃ foret Nõ est igitur aliqua deceptio sed summa ꝓformitas. Pozro deceptionis rõnẽ que ponit intrinsecã in deo ꝓtingentiã/mõ notauimus Alibi latius apta est in centilogio de modis significãdi ¶ Discipl's Perspicua fit amplius mihi sapientis narratio. q̃ qui sophistice loquitur/odibilis erit. Et iterũ. Illusozes/ipse deludet. Sic qui querit mẽdacium subuertetur ab eo/cadens in laqueos q̃s tetendit Pozro. qui ambulat simpliciter/ambulat ꝓfidenter. ¶ Mgr. Nõ aliter est. Narrat Rufin⁹ in illo quẽ addidit historie ecclesiastice eusebij libro

de quodam inuincibili sophista contra pietatem fidei. quē simplicitas pū senis/ nudā ꝓponendo veritatē fidei/ vicit. Dicemur in hoc apō sophistas etiā ōmones/ pstare in simplici ꝓfessione fidei. Hosti illū q̄ mox vt aliquē sentiebat sophistice ꝓtendere/ q̄escebat. nisi forsan ex silentio suo/ circūstātiū scandalisatio timeretur. Nos sophista q̄ est/ vt tādez semetipos fallāt. a ꝓhebēdāt i astutia sua. dū ad agibilia venerint. Docet hec ꝓteruia demonū. q̄z arguitas retorquet angelus dñi ꝫ semetipos i fines ꝓrios. ¶ Discipl's. Exempla da. ¶ Dgr. Impulsit fratres Joseph/ vt ex visionib somnioꝝ inuiderēt ei querentes media que scripta sunt/ ne regnaret sup eos. Quis euentus fuit scimus. Regnauit. Ita q̄tidie fideles impetit. quos dā vt deiciat z exaltank. q̄z per tribulatōez būiliank. Fiūt doctores/ q̄s infatuare querit. Fiūt purgatores. Fiunt sanctiores q̄s satagit inficere. q̄z disciplinā/ q̄uertūt in pñie patientieq̄z virtutem. Permittit angelus futura q̄dē demones ab eis ꝓgnita similiter inuestigare z audire. quare? quia scit q̄ dū querent obniti/ ꝓplebūt voluntatē dei. Hic i Joseph sic in oib fiet electis. ¶ Discipl's. Satis ei de fallacia fm plures interrogatōes dixisti/ quēadmodū nūq̄z absq̄z distinctiōe dāda sit vnica rñsio. Videor pinde ꝓsilū salubertimū q̄ō est/ q̄ se fideliter resoluere ꝓfuescat. ¶ Dgr. Aduerte q̄z admodū in moralib etiā istō pdest z expedit. Si dolet caput alicui ex ebrietate vel alia culpa. fiat eger. acceptet dolorē z egritudinē patiēter vt est afflictiua. orans deū q̄tin? sit ps purgationis sue. peniteat de causa. p quāto est culpabil'. Si morit pater/ z fiat heres filius locupletatus. doleat pie morte pīs. gaudeat gratus de opib relictis. Si puniūt iudicialiter peccatores letent de iustitia. tristentur de demeritis. Potes altius specular dep ꝛescientia di circa dānatos. etiā si ꝓponi tibi talē forte nō q̄dē asserēdo vel cū despatōe. Dic ꝓsiō rando iustitia dei. Just? es dñe z iustitie tue diligēde sūt et bonorāde. pcā ꝓo q̄ sūt dānatis occasio/ detestor. odio. abomior q̄z tal' me velle vis ꝛcipis. Soluit inde laque? iste neq̄ssimi/ q̄ vult rñsionē vnam dari/ dū curiosus iqrit. Si de? vult te dānare. vis hoc z tu? dic nolo peccare. q̄ si ñ peccauero ñ dānabor. Si rursus vrgeat pulsans. Quid si tibi reuelet tua dānatō. Quid si ruelet de te petro. q̄ alt q̄ peccauerit i hac die tādē saluabit. alter q̄ ñ ita peccauerit/ tandē dānabit. Tas? ē possibilis et iō reuelabis. Nūq̄d eligeres hodie peccare. nūq̄d in ꝑmo cāu ōsperares? Rñde cautus sp. nō vnica ſz duplici rñsiōe. Habēt hāc industriā pueruli/ dū interrogāt quē e duob pl? diligis. prez aut mrez? Jn quib dilige prem diligo matrē. Sic interrogat? demū petr?. diligis me pl? his? Distinxit z rñdit. Tu scis dñe q̄z amo te. innuēs q̄z diligūt z alij te. Si q̄rit. nūq̄d malles peccare nūc. postmodū saluari? Respōdeo. Nolo peccare volo saluari. Et in altero cāu. Dic volo spare q̄z sic p̄cipitur. Credo sil'r deū nō reuelare nisi fm. ſz nō ita q̄ neget se ipm. Si sub electōe ꝓponūtur duo mala. caue neutruz eligas. Nam in mal' q̄d ē eligēdū? Attuero si culpa nra ceciderim? vt nēce sit alterū ex peccatz fieri/ min? est acceptandū. q̄z iā i ꝓpatiōe deteriozis/ sortit bōi fm q̄d rōz. Deniq̄z pfic iste pulf? anglic? q̄ dissoluit colligatiōes spūales. sicut in petro materialiter actum. Proficit iquā ꝫ oēs pene fallacias que se quūk si pia volūtas affuerit. ¶ Discipul?. Explica ō fallacia fm q̄d ad simpliciter. ¶ Dgr. Cōsidera solerter vñ volūtas decipit. pīertim a mōo z carne. p̄ pſecutōez voluptatū. aut p fugā tribulationū. Presentank itaq̄z sibi ranq̄z bone simpliciter. vel simpliciter fugiende. qui sic arguat caro vel mundus. Hec delectant nunc. hec ꝓtristāt mō. Est aūt delectatio bona et tristitia mala. Si volūtas sit ipia vl' incauta/ ꝓfestim eligit hoc bonū fm q̄d z refugit sil'e malū. Si vero sit ꝓtuosa ꝓsulit rectā rōz z obedit ꝓsilio. Si ꝓo neq̄z sit/ refugiet rōz ꝓsulere. imo claudit oculos et aures sibi. Porro. volūtas ī ꝓtinēt; audit q̄dē ꝓsilū rōis/ ꝓscia sibi q̄z bene suadet. Sed tandē inclinata p bonū z fm q̄d/ dimittit iudiciū rōis actual'r ꝓsiderare. z impetu suo ferk i illō sciēs sp ī habitu z ꝓsentiens rectū esse. ꝓferendū q̄z rōis iudiciū. ¶ Discipl's. Quo pacto fieri pōt/ q̄ voluntas ferat in obiectū/ nō ꝓuio ratōis iudicio q̄ in illō ita fieri dēt. nō enī ferk in incognitū. ¶ Dgr. Est iter doctos gnd; disceptō/ si et q̄le fieri valeat q̄ō inq̄rim?. maxime quia dicēte philosopho/ cōsone

ad sapiẽtem. Dis malus ignorãs Cetez parisien. articlus habet ita. Si rõ recta/ z voluntas recta. ẽ error supple sic dicere. Itaqz duo sunt in hõis liberi arbitrij iudicio. Unũ qõ est recte rõnis. z vocatur ꝓprie iudiciale seu legale. Aliud est p modũ arbitrarie ptãtis. Arbiter aũt nõ sp tenet insequi iudiciũ ſm leges. sed hz plenã facultatẽ eligẽdi sicut sibi placuerit. nẽ aũt tale est iudiciũ. qz põt insequi vl nõ isequi p sue volũtatis arbitrio/iudiciũ ratõnis

Discipl's Intelligo tale effici sepe. ꝓpter ea ratio prĩcipaꝝ volũtati nõvt ancille sz sibi cõsulit vt dñe ꝑportat tam sibi lucernã vt videat q̃l'r sit incẽdiũ nõ vt cogat eã. imo diuertit ad ei⁹ impiũ lucernã suã. vel suffocat z deserit eã/ne luceat actu pleno. Et ita q̃uis volũtas vicioſe eligẽs /sit sp errãs in electõe tali arbitraria. nõ oportz tamen q̃ error sit ratione iudiciaria vl' assẽsiua. Est nihilomin⁹ vt ꝓiter ignorantia crassa vel supina. Soluit quẽadmodum Adaz potuerit peccare. nec tñ errore seductus ẽ in rõe sic in ꝓtinens dñ peccat ꝫ caritatẽ nõ ob hoc pdit fidẽ/ ꝑspicuũ de niqz factũ ẽ auctoris moral' documẽtum. dñ aliqd ꝓponit ꝓfestim discute qd sit Cõfestim ẽgo prudẽtissima sic discussit. Cogitabat q̃lis esset ista salutatõ. Dagꝯ. Addendũ ẽ p cautela q̃tin⁹ a bõis ſm qd delectabilib⁹ nimiũ revellendis voluntas ꝓtin⁹ se diuertat/ dñ ista ꝓstiterit simplicit mala esse. Põt aũt in malis ſm qd de tri stabilib⁹ ꝓsiderãdis insistere ad paciẽtiã exercendam. Nõ eñ furãtur intellectũ sapientis aduersitates/ quẽadmodũ voluptates. Habes ꝓinde rationẽ dicti illius ꝓus inducti p te. Jubet apostol⁹. Fugite fornicatõez. Esset hic ꝓquisitio de ꝓmis motib⁹ si z qñ repelli debeãt. si z qñ sciri põt q̃ volũtas acceptat istos vl' refutat et hoc iputabitur ad peccatũ mortale. Rursus si stat eodẽ tpe temptationis/ q̃ volũtas peccet in venialib⁹ multis. z cum hoc mltipliciter vitaz eternam mereaꝝ. Tollere ista ꝓ decisio/ scrupulos a ꝓscientijs plurimis timoratis. Discipulus. Hz peto trãseas ad aliã fallaciã q̃ 8z acceden-
D tis. qz sup his dubijs alibi tractatũ ẽ Cõplectit in ipa accidentz fallacia q̃libet inutilis ꝓiugatio seu cõnexio. duz putet aliqs q̃ excõueniẽtia vel discõueniẽtia aliq̃ rũ duoz vel plurũ ad vnũ terciũ cõueniant vel discõueniant inter se. sil'r ista duo vel duo. Dgr. Sup hoc aũt tene pro regl'a q̃ oẽs z singl'e volũtates q̃ p caritatẽ vniunt cũ vno tertio qõ est deus. ipse vniunt inter se quãtũcũqz vise fuerãt discordare. sicut de dipsione legim⁹ pauli z barnabe Discipl's. Pulcerrimũ h̃ (per meã fidẽ) z gratissimã ẽ hoc theozeuma. verificat plãe pñ. ꝓbũ Participes ego suz oĩm timẽtiũ te. z costodiẽtiũ mãdata tua Felix ẽ mirabilisqz vnio pluriũ ĩ deo/ q̃i in vnico medio ꝓnexoz Dgr. Quid de plib⁹ quãtũlibz vnitz z ꝓiunctz in alio q̃z in deo? Discipl's Video q̃ ñ simpliciter vniunt. fas ẽ q̃ nulle virtutes inter se ꝓiũgunt/ si nõ in vnica ꝑitate ꝓma cõnexe sunt Dgr. Hoc videt difficilius. ꝑstim cũ in diuinis videaꝝ exceptõ fieri. qm̃ pr̃ z filius z spũsscus / vniuntur vna veritate q̃ deus est seu diuina essentia est aũt ali⁹ pr̃. alius filius. alius spũsscus.

Discipl's. Subintras aliã fallaciã accidentis. ad quã alie q̃i singule reducũtur. quẽadmodũ fallacia ſm nõ cãm vt cãm. sicut fallacia ꝓsequentz que oẽs fere ꝓplectit paralogisstimus ex loco dialeticis male formatos. Dgr. Subit gĩm recordatio gñalis/me dñ puerul⁹ essez legeisse quãdaz fallaciaz applicationẽ moraliter ad peccata mortalia. sz abolita ẽ recordatio specialis Discipulus. Dic si habes istam in promptu vel aliquã affer probabilẽ Dgr/ Nõ recordor illius. possum⁹ aũt dicere q̃ infernalis bestia/de mari passionũ exiens a corde impio qõ est sicut mare feruens/ hz septem capita. z cornua decẽ. q̃bz impellit ad trãsgressiones/ nominatim septẽ. Approbat aũt q̃dãmõ singulas singulis capitalib⁹ vicijs Utitur ad supbiã fallacia petitõis principij. Arguẽs ita Dis magnus est honorãd⁹. tu es magnus. dñ qz nihil hz qõ nõ accepit. z ita de nihilo sui potest gliari quasi ꝓncipio. Si aũt venerit ad vez ꝓncipiũ iã nõ ĩ se sz in dño gliet Discipl's. Placet adaptatio. discurre p reliqs Dgr Utit adinuidiã fallacia ſm non cãm vt cãm. arguẽs sic. Dẽ nociuũ est odiendũ. Iste q̃ pollet ꝑtutib⁹/ tibi nocet. Tollit eñ tibi ne sis in ꝑtutib⁹ singl'r honorandus. Ecce q̃ virtutes assumit ad causam odij:/ que sunt ad amorẽ cause vere Utitur ad irã fallacia ignorãtie elenci. quasi

ꝺictoziū ſumat ab aduerſario bonoris ſui/ꝺū ꝓturbat ipm/ne aliter ꝙꝫ oportet gl'iek Debet inſup iraſci culpe non ꝓſone. vincere maliciā q̄ irā ꝓcomitat. z hoc per mititatē. nō maliciā ipaz iraſcendo nutri re. Utit ad acediā ꝓiugatoiby iutiliby z ſeptꝫ. ꝓ euagatōes mētꝫ innūeras. q̄ ad fal latiā ſpectāt accidētis Utit ad auarici am fallacia ꝑm plures interrogatiōes vt vnā. ꝺū ad oēs neceſſitates hūanas ſub leuādas/ꝺicit ſufficere ꝓgregare pecuni as. que frequēter afferūt plures indigēti as. qz qui plura bz/pliby indiget Utit ad gulā fallacia ꝑm quid ad ſimpliciter. Iſtud ē delectabile z bonū gule. g̃ eſt ſim pliciter eligendū Utit tandē ad luxuri am fallacia iſta z altera. qz nō ꝓiunguntꝫ extremitates ꝓuenīēti medio Fallaciā q̄ ꝙ ꝓponit ꝓſequētis arguēs ſic Gñatio filio rū eſt bona. erga ceſſatio a gñatōe mala. ꝓ argumtuz a ꝺrio ſenſu qō fit ab oppoſi to antecedētis ad oppoſitū ꝓſequētꝫ. Ecce cū tibi q̄ ſcolaſtico ſatiſſacere cupio viciū curioſitatis apō nō ſcolaſticos ve reor incurro Diſcipl's. Tolerabūt. iné alias materias ꝓgruas eis/ bāc inſuiſſe ſcolaſticā Dgr. Ita maxime qz ꝑt angelus ꝺñi bon⁹/ex iſtis maligni ſophiſte pulſiby curioſis inducere pulſus ad ꝟtu tes Diſcip. Tāge qūo Dgr. Si ꝓ ſigl'a diſcurſus fuerit plixitas peret faſti diū Dicā ꝟo tibi ſub ꝓpēdio regl'az certiſ ſimā ſed nō a ob⁹ ſtatim ꝓgnoſcibilem ſeu ꝓracticabilē. Hic̄ pure ſpeculabiliby nulla formaꝫ ꝓſeqñtia/tenēs vniuerſal'r niſi fieri poſſit reductō ad ꝑmaz z vnicaz veritatē q̄ de⁹ eſt Sic valet nll'a ꝓſeqñtia in agibiliby bonis/niſi poſſit reduci ad ꝑ mā bonitatē q̄ de⁹ ē. finis oīs bonitatis. Sil'itudo fūdaꝫ in hoc. qz ſic ſe bz finis vltim⁹ in agibiliby ſicut ꝑmū ꝓncipium incōplexū vl' ꝓplexū in ſpeculabiliby hec ē ꝑbi. Dozo. ñ fit ſilogiſmi reſolutō ad ꝑ mū ꝓncipiū rez ſpecl'abiliū. niſi ꝟtualiter aut exꝑſſe regulet ꝑ dici ꝺeomī aut ꝑ dici denll'o. alioqn nō poterit effici ꝟa ꝺictō penes q̄ ꝺefficit fallatia ignoratie elenci ſpecial'r. ſed gñal'r etiā q̄cūq; fallatia Hic eſt q⁹ ex puris indefinitꝫ nō tenet argumē tū ō forma nec ex puris negatis. Hic ē q⁹ termīus ꝓis ad pl'es res ſic hoc nomē eſ ſentia diuina nō pōt eſſe mediuz ſufficiēs in ſilogiſmo expoſitorio. Hic. ē q⁹ ſi affir matiua ō dici ꝺoī includāt oīa q̄ poſſunt de ſubiecto ꝑdicari. illa nō ſufficit vt ſit ꝑ miſſa deoī Exēplū. oīs pr̄ ē gñans. ſi ñ di ſtribuat ꝑ eſſētia diua/ñ ē efficax ꝑmiſſa ad ſilogiſandū ō dici deoī. z ſic ꝓſtat tē. q⁹ eſt vl'is falſa. ꝑ eēntia ſlō alit accipiēdū ō dici denll'o q⁹ negeꝫ omē qō affirmatiā ō dici deomni ponit alioqn ñ cētꝫa ꝺictō Hadūt in abſurditates nō ferēdas/ q̄ iſtud nō ꝓſiderāt. Cōcedit vn⁹ q⁹ duo ꝺictoria nō ſtificant in iſtanti tpis. alius q⁹ innūerabilia ꝺictoria ſa ſunt in iſtāti eēntiatꝫ. Alⁱ q⁹ ꝓmū ꝓncipiū nō eſt euidens in ꝺīs cū ſit ibi ꝑcipue certiſſimū Alⁱ q⁹ aīa mouet z nō mouet. qz mouet in māu z q̄eſcere ſimul pōt in pede Alⁱ q⁹ relatōes in deo ſunt de⁹ z nō ſūt de⁹. Alⁱ ſunt ō formalitatiby in ꝺīs at vere ſi ne negatō ca piaꝫ ō dici ꝺnll'o/q̄ ſcz negat oē illud ꝓuertibil'r qō affirmatō pōit in tpe modo. loco. z ceteris euidens ē q⁹ erit ꝟa ꝺictō. Et ſi non. nō. Unde nō ꝺicunt iſte due pr̄ gñat. eſſentia non generat. niſi neget negatio generationē a patre. Sed homiēs groſſi intellect⁹/ ſubtiles iſtas ñ aduertūt reſolutōes i negādo vl' affirmā do Putāt idcirco ꝺictōes eē vbi nō ſūt. Diſcipl's. Edoctus ſum iuuenis ſup hoc dici ꝺomī z denll'o/q⁹ in eis fūdatur vl' reſoluit omnis ꝓſequētia bōa z forma lis. ſz nō būi tā exꝑſſaz ſup iſtꝫ explanatio nē. Putabā qō idē eēt ꝓpoſitō affirmatiā cū dici ꝺoī. Sed video differētiā nō mo/ dicā. ſil'r z i dici denll'o. Dgr. Conabā tur aliq̄ ſoluere paralogiſmos in ꝺīs/ addēdo ly qō eſt Sed hec ars breuioz eſt z certioz. quā arꝫ. ſatis intelligit poſuiſſe Platōici q̄z de boie pōi z ſingl'ari loquē tes/habebāt introducere tl'e dici Diſcꝫ Nūq̄d. n ō ml'te ſunt ꝓſequētie topice ſeu rhetorice/q̄ ñ pñt nec ꝺñt iſto mō regl'ari Dgr. Prudēter opponis ꝓpter cā oniſta s z legiſtas. imo ꝓpter oēs in ſacra ſcp tura ꝓſequētias. in moraliby z hiſtoricis accipiēdas mō q̄ ꝓgruit morali negotio. vbi nō pñt bēri ꝓſequētie vt ſept⁹ niſi q̄ tenent ſolū gr̄a materie z ñ forme. q̄les ac cipiūt a locis dialeticis. quales ꝑterea ñ reſoluunt ad ꝺictionē. niſi ꝑm q̄d z mo dificate. Ut ſi dicatur Reſpōde ſtulto iu xta ſtultitiā ſuā. ſtatim ſubdit. Ne reſpō deas ſtulto iuxta ſtultitiā ſuaz que videt contradictoria. Sil'r i euāgelio. Videat

opera vra bona Et in eode textu culpant ypocrita q̄ faciūt opa sua coram hoibꝫ Sz rō dicitoꝝ/tollit ꝺictōez apparētē imo existentē ex vi logice in speculabilibꝫ. Hinc de subtilitate logicoꝝ z metaphisicorum surrexit dictū/q̄ nimia subtilitas repbat in iure.cui⁹ intellect⁹ nūc exposit⁹//verissimus ē atq; salubrius.alioq̄n sunt ad morale negotiū subtilitates hmōi logicoꝝ z methaphicoꝝ/sicut cynifes egipti morales ocłos suis aculeis tenebrātes Sunt ex aduerso grossi morales ad subtilia speculāda q̄ de methaphica sunt z theologia speculatiua nīs ihabiles sic mō dixim⁹.qz ꝓsequētias nō accipiūt nisi p tropos z apologos mō suo ¶ Disc. Quoꝝ ē lauda tior cōditio? ¶ Mgr Utraq; laudabilis imo necia.sz p necitate matiaꝝ varianda Dicit phus in ꝓmo ethicoꝝ de q̄rētibus acribologias id est methaphicas demonstratōes/in moralibꝫ.topicas aūt rōes in matbematicis.vtrūq; ēvitupabile.qz q̄renda ē certitudo iuxta negocij q̄litatē. Proficit hec regla ꝓtra nimiuz scrupulosos i moralibꝫ.dū certitudinē q̄runt ap̄liorē q̄ bēri possit.secluso miraclo.sufficiēi ꝓbabil' z moral' cōiecta Disc. Cōcordas more vulpis fabulose q̄ discantū philomene tenorē corruo dedit; Disces grossuz subtili.vtile dulci.imo iā ñ misces sz suades separatiz accipe. ¶ Veni si placz ad alterā ꝓncipalis ꝓsideratōis declaratōez.q̄ oīs ꝓsequētia debet in agibilibꝫ reduci ad vltimū finē si ꝓbabil' dēt esse. ¶ Mgr. Habes ap'm. Oīa in gliaz dei facite Habes xp̄m. Primū q̄rite regnū dei . Habes ab eode p̄ceptū de dilectōe dī sup oīa q̄ finis p̄cepti ē. Quocirca ꝓcludius salubre pro xp̄ianis oībꝫ documentū. Pl⁹ insistēdū ē dilectōi q̄ speculatōi Plus insup vnioni affect⁹ vacādū ē q̄ discretōi intellectus Disc. aperi qūo. ¶ Mgr. ꝓprietas intellect⁹ ē discernere.z hoc aōo q̄ illa q̄ realr idē sunt/satagit.z valz sepatim ꝓsiderare z sepata ꝓiūgere. Veritas ē hec phie z experientie. Atuero ꝓprietas affectus ē se in vnū ferre z se i vnitatē recolligere.vbi etiā distincta sunt realr amata. Propterea dicūtur amātes se/vnū cor.vna aia.vn⁹ sp⁹ Cū aūt deus sit tot⁹ ōsiderabil'/sm oē q̄ in eo pōt intelligi. ꝓstat q̄nta facilitate et libtate pōt affect⁹ se totū in deū ferre. Intellect⁹ dū discreta rimat methaphicādo circa deū penitus vnicū.plus spḡit.plus difficultat.min⁹ edificat in fine legis q̄ est dilectō. Deniq; nō ita deū ꝓphēdit vel ap̄phendit intellect⁹ cum nō sit a nob tot⁹ cognoscibil' sic est tot⁹ amabil'.si formaliter sunt i deo p̄fectōes distincte q̄ ad affectiuā que totū amare querit. nō p̄fecte formalē hāc l'illā. ¶ Disc. Saluberrimū i phica radice dogma fūdatuz elicuisti. Nos em iubemur oē intellectū captiuare in obsequiū affectus xp̄iani. que necessitas est/totū in intelligēdo seu discernēdo deum nr̄m/p vniuersuz labilis vite tps/studium ꝓsumere.nec tñ attingere Videmus effici pot⁹ tales temerarios assertores. garrulos.inflatos.aridos. sine deuotōe. sine pietate ¶ Mgr. Experta loq̄ris pro dieb⁹ nr̄is. Quocirca ē laudāda p̄ talibꝫ/ideotaꝝ simplicitas amatia . Alegz mihi vident aliūde phi dati in reprobū sensū/q̄s eo q̄ relicta pietate vnitiua affect⁹ circa deū.toti euanuerūt p inq̄sitōes solius intellectus. impulsi nō dubiū a spiritibꝫ erroris q̄bꝫ fuerūt p thelatas theorgias sacrilegas potius q̄s creatori. Collaudād⁹ ad extremū est. doctor theologus. cuius doctrina sic erudit ad intellect⁹ distinctionē.q̄ nō minus allicit trahit z inducit/ad affectus vnionē ¶ Sz ecce dū officia beatoꝝ angeloꝝ circa nos ex hist⁹ria⁹ Petri q̄rimus p mlta digressi sum⁹. vix tam attingim⁹ pauca/pro mlitudine dicēdorū.nominatim circa ꝺictōis obseruationē.ad quā oportet fiat oīs resolutō Sz necessariū p̄dixim⁹ esse.q̄ in ꝑa ꝺictiōe/negatio destruat/q̄cquid z q̄lecūq; qō affirmatio posuerit. Fūdat in hoc ars obligationū. ars insup rūsionū ad insolubi/lia logicoꝝ.ars theologoꝝ circa misteriū btē trinitat⁹ Sepe ei fit apō subtilit⁹ itelligētes i spec'abilibꝫ/q̄ negatō ñ accipit vt negās simplr oīa ō q̄bꝫ fit affirmatō. Dicim⁹ ei q̄ p̄ z filius⁹ sūt eēntia dīna.tū ꝑe dicim⁹ q̄ p̄ non est filius⁹. Nō accipit ibi negatio secludēs essentiā.sed vnitatē solum personalē Saluat hec ꝓsideratio/mlt⁹ subtilit formalisantes. sz pauciss̄imi sūt/qui capiant virtutē negatōis hmōi non simpliciter sed cū moderatōe. Circa hāc vt estimo moderationez phs in materia trinitatis facili⁹ admisisset q̄s homines nō phi si fides ab eis secluſa sit. hec autē fides saluat eos dicentes. Magister nr̄

xp̃s spōsa ipi⁹ eccia. dedit nob ita credere siml' ꝛ ꝓfiteri Sufficit auctoritas Si pl⁹ detur intelligi/gratias ei. ¶ Discipulus Sentio q̄ ml'ta supsint exꝓpositis ō angelorū custodia. q̄bꝫbōes exaltank contra diabolicos impulsus. Vix dixim⁹ ō astā tia boni āgeli q̄ ad ꝑmum. de illumiatōe sua quo ad scōm. de impulsu suo quo ad tertiū. Quid de clamore. q̄ iubet surgere petrū. q̄i mystice diceret Surge velociter p spem faci ussa p obediētiā q̄ ad quartū. ¶ Dgr. Hoc est p̄cipue tuandū alioq̄n nihil valēt cetera. Soluit ꝓtiñ quīto li/gatū angel⁹. vnde timēs ꝛ gratus magnificat dn̄m. Educit sexto petrū qz Jhs suscepit cū. Septimo libertati relinq̄t. tūc viuit purus velut hic ꝛ nūc moriturus. Quantat dñ exierit de carcere corꝓr⁹ Nūc scio ꝙ ve. q̄ ꝑus existimabat se videre visum. Et q̄d oē q̄ videūs in carcere pōiti nisi visus aliq̄s fidei simul ꝛ spei. Tūc āt sciet hō vere cū liberat⁹ ab angelo plene/relinquetur in libertate glorie filioꝝ dei. q̄n depositꝰ potētiby de sede/gl'iari licebit apud sanctorum oīm ꝓcines. Et exaltauit humiles. Redetemur de reliquis.

Sequitur quarta pti

tio per soliloquium vbi de custodia angelo⁹ ꝑ notulas q̄nq̄ginta. Prima

